# THE SARUM RITE

## Breviarium Sarisburiense cum nota.

## Tomus B.

## Fasciculus 1.

Pagine 1-96.

## Proprium de tempore.
## Dominica prima adventus.
## Ad horas de beata Maria.
## Rubrica de officio mortuorum.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMVII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published January 1, 2007.
Revised July 2007, January 2008, July 2008, April 2011, October 2014, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Govenment of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2007.


Foꝛtuna opes auferre: non animum pote
PER MVTAT BREVIS
HORA SVMMIS
IMA
Antiphonale ad vſũ eccleſie Sar,
politiſſimis imaginibus decoꝛatum
FORTVNA OPES AVFERRE
NON ANI MVM POTEST

Fortuna opes auferre :
non animum potest.[1]

IMA PERMUTAT BREVIS HORA SUMMIS.[2]

# ¶ Antiphonale ad usum ecclesie Sarisburiensis politissimis imaginibus decoratum.

[1519-1520.]

· FORTUNA OPES AUFERRE ·
NON ANIMUM POTEST ·

*¶ In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen.* [*1r.*]

*¶ Incipit ordo breviarii secundum morem et consuetudinem ecclesie Sarum anglicane : una cum ordinali suo quod usitato vocabulo dicitur Pica, sive directorium sacerdotum. Et primo dominica prima adventus.*

[*Rubrica historia* Aspiciens.][3]

A. [*Dec. 3.*] Littera dominicalis A. 3.[4] die decembris tota cantetur hystoria *Aspíciens.* : secunde vespere erunt de sancto Osmundo : cum pleno servitio in crastino et solennis memoria de octavis [sancti Andree][5] et de dominica : et de sancta Maria cum Antiphona *Ave María.* 19.

Feria 2. de sancto Osmundo : ix. lectiones, omnia de communi unius confessoris et pontificis. 2. vespere erunt de commemoratione et memoria de sancto, de octavis, de adventu, et de sancta Maria, cum Antiphona *Ave María.* 19.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus et Responsoria ferialia pretermittantur et missa de octavis[6] sancti Andree dicitur in capitulo.

B. [*Nov. 27.*] ¶ Littera dominicalis B. 5. kalendas decembris tota cantetur hystoria *Aspíciens.* et memoria de sancta Maria.

Feria 2. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 3. de feria et nichil de martyribus [Saturnino et Sisinnio][7] nisi memoria ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria. Missa de vigilia.

Feria 4. de apostolo [Andree][8] et solennis memoria de adventu et de sancta Maria.

Feria 5. de feria cum ℟. ferialibus et memoria de octavis et missa de 4. feria.

C. [*Nov. 28.*] ¶ Littera dominicalis C. 4. kalendas decembris tota cantetur hystoria.

Feria 4. 5. et 6. de commemorationibus.

Feria 2. de feria et nichil de sanctis [Saturnino et Sisinnio][9] nisi memoria ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria. Missa de vigilia.

Sabbato de sancto Osmundo, ix. lectiones : omnia de communi unius confessoris et pontificis et memoria de octavis et de adventu et de sancta Maria.

D. [*Nov. 29.*] ¶ Littera dominicalis D. 3. kalendas decembris tota cantetur hystoria. Missa de

vigilia dicitur in capitulo et nichil de sanctis nisi [memoria][10] ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria. 2. vespere erunt de apostolo [Andree][11] et solennis memoria de dominica et de sancta Maria cum antiphona *Ave María.* 19.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. de feria cum ℟. ferialibus.

Feria 6. de sancto Osmundo, ix. lectiones, omnia de communi unius confessoris et pontificis et memoria de octavis et de adventu et de sancta Maria.

𝕰. [Nov. 30.] ¶ Littera dominicalis 𝕰. Pridie kalendas decembris tota cantetur hystoria et solennis memoria de sancta Maria : et festum apostoli differatur in crastinum, licet festum loci fuerit. 2. vespere erunt de apostolo cum oratione *Majestátem.* [ex Sanctorali][12] et memoria de dominica : et de sancta Maria solenniter cum antiphona *Ave María.* 19.

Feria 2. de apostolo [Andree].[13]

Feria 3. 4. et 6. de commemorationibus.

Feria 5. de sancto Osmundo, ix. lectiones, omnia de communi.

𝕱. [Dec. 1.] ¶ Littera dominicalis 𝕱. 1. die decembris tota cantetur hystoria et ad 1. vesperas que erunt de dominica : licet festum apostoli fuerit festum loci,[14] et[15] solennis memoria de apostolo [Andree][16] et de sancta Maria. 2. vespere in dominica erunt de commemoratione et memoria de octavis de dominica : et de sancta Maria : cum antiphona *Ave María.* 19.

Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus ; nisi ubi festum apostoli est festum loci : quia ibi licet infra octavas non fiat de eo nisi memoria in adventu : tamen in octava die fiant ix. lectiones cum invitatorio 3. et commemoratio beate Marie fiat alia feria videlicet hac ebdomade feria 5. precedenti.

Feria 4. de sancto Osmundo, omnia de communi unius confessoris et pontificis.

Feria 5. de feria cum Responsoriis[17] ferialibus et missa de 4. feria et missa de octavis dicitur in capitulo in sabbato.

[Feria 6. de sancto Nicholao, invitatorium 3. ix. lectiones.][18]

𝕲. [Dec. 2.] ¶ Littera dominicalis 𝕲. 2. die decembris tota cantetur hystoria, memoria de apostolo et de sancta Maria. 2. vespere in dominica erunt de commemoratione et memoria de octavis et de dominica et de sancta Maria cum antiphona *Ave María.* 19.

Feria 2. 4. et 6. de commemorationibus.

Feria 3. de sancto Osmundo, ix. lectiones, omnia de communi, et Responsoriam

ferialie[19] pretermittantur.

[Feria 5. de sancto Nicholao, invitatorium 3. ix. lectiones sine expositione, memoria de adventu et de sancta Maria.

Sabbato festum conceptionis beate Marie, minus duplex : et fiat processio ante missam sicut in nativitate ejusdem. Ad 2. vesperas hymnus *Ave maris stella.* et solennis memoria de adventu.][20]



[1519:4r.]

## ℂ *In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen.*

# *Incipit ordo breviarii secundum morem et consuetudinem ecclesie Sarum Anglicane.*



## ℂ *Dominica prima adventus* [*Domini*].[21]

### *Ad* [*primas*][22] *vesperas.*

[*Pulsatis campanis more solito, accensisque luminaribus sacerdos executor officii dicta oratione dominicali, scilicet* Pater noster. *et* Ave María. [1]. *a toto choro interim stante converso ad altare, officium vesperarum exequatur.*

ℂ *Et sciendum est quod omni die per annum de quocunque fit servitium : in initio vesperarum completorii matutinarum et aliarum horarum de die, semper dicitur* Pater noster. *et* Ave María. *a toto choro privatim : et hoc stando sub silentio.*][23] [*Et sciendum est quod nunquam dicitur* Pater noster. *nec aliqua oracio sedendo ad vesperas vel ad matutinas neque ad missam sed semper stando vel prosternendo tam a sacerdote quam a toto choro : et hoc per totum annum secundum usum Sarum.*][24]

[ ℂ *Deinde dicat sacerdos executor officii voce extenta hoc modo sic.*

AS:1; 1519:4r; US-II:lxxv.[25]

80093.




*Quod dum dicat signet se sacerdos signo crucis*][26] [*in pectore vel coram facie sua*].[27]
[*Et statim chorus respondeat.*][28]




[*Et finiabitur sic cum* Allelúya. *per totum annum nisi a primis vesperis dominice septuagesime usque ad pascha : tunc enim dicetur loco ejus hoc modo.*][29]

AS:1; 1519:128v; 1531:76r.

800247.



*Super psalmos feriales.* [*Unus de secunda forma incipit.*][30]

AS:1, 101, pl. a.; 1519:4r; 1531-P:42v; US-II:lxxv.

1. Ant. VI.




1720.

Formatted: Right

[*Rector chori ipsum psalmum* (*cxliij.*) [352]. *prosequatur scilicet.*][31]







[ ℂ *Et sic fiat semper ubicunque antiphona et suus psalmus unum habent initium in plena dictione : preterquam in ant.* Afférte Dómino. (*ps. xxviij.*) *et in ant.* Beáti omnes. (*ps. cxxvij.*) *et in consimilibus : quia non tunc in secunda dictione sed in iij. psalmus prosequatur aliquando : sed raro in iiij.*

ℂ*Et sciendum est quod omnes antiphone per annum que incipiende sunt ante intonationem psalmi : semper ad variationem differentiarum incipiantur, sicut in magno tonali plenius intimabitur. Et quod psalmus non incipiatur, antequam illa variatio perficiatur.*

ℂ*Finito psalmo cum* Glória Patri. *et* Sicut erat. *reincipiatur antiphona a succentore vel a cantore et percantetur a* [*toto*][32] *choro : quod per totum annum observetur in antiphonis reincipiendis et cantandis post psalmos.*][33]

[2.] *Ant.* In etérnum. *Ps.* Exaltábo. (*cxliv.*) [353].

[3.] *Ant.* Laudábo. *Ps.* Lauda ánima mea Dóminum. (*cxlv.*) [354].

[4.] *Ant.* Deo nostro. *Ps.* Laudáte Dóminum, quóniam bonus. (*cxlvj.*) [355].

[*Antequam intonetur psalmus hoc modo incipiatur hec* [*sequens*][34] *antiphona.*][35]

AS: pl. a.; 1519:4v; 1531-P:43r; US-II:lxxv.[36]

5. Ant. IV.vii.

3582.  Formatted: Right

LAuda.

[*Rector chori prosequatur hoc modo.*][37]



Hie-rú-sa-lem Dómi-num. (*cxlvij.*) [356].

*Post psalmum vero hoc modo reincipiatur et percantetur antiphona.*[38]

Ant.

 Formatted: Right

LAuda * Hie-rú-sa-lem Dómi-num.

[*Neupma prosequatur hoc modo.*][39]

AS:1, pl. a.



num.

[*Hee predicte antiphone cum suis psalmis dicuntur ad* [*has*][40] *vesperas supradicto modo omnibus sabbatis per totum annum extra tempus paschali quando de dominica agitur.*
¶*In inceptione autem iiij. psalmi tres pueri accepta licentia a rectore chori, egrediantur ut induant se, duo ad deferendum cereos, et tertius ad thurificandum.*[41]
¶ *Ultima antiphona ad has vesperas sicut ad quaslibet*[42] [*alias*][43] *vesperas per totum annum tam in festis quam in feriis. semper cum neuma terminetur : similiter fiat in singulis nocturnis et in laudibus* [*ad matutinas*],[44] *et in qualibet antiphona super* Benedíctus. *et* Magníficat. *et* Quicúnque vult. *per totum annum preterquam*[45] *a passione Domini usque ad octavas pasche : et nisi in servitio mortuorum veluti consequenter videlicet ut in eodem servitio manifestius apparebit. Ad iij. vero et ad vj. et ad ix. et ad completorium per totum annum omnino tacetur*[46] *neuma.*

*Ad vesperas fiat semper hoc ordine : videlicet si v. antiphone super psalmos fuerint ut hic, semper in quinta finiatur neuma : si una tantum fuerit super psalmos, in ipsa finiatur. Item ad matutinas in primo nocturno si tres antiphone fuerint, in ultima finiatur cum neuma. Ita de secundo et tertio nocturno fiat.*

*In laudibus vero si quinque fuerint antiphone : in ultima finiatur neuma. Si tantum fuerit una post psalmos, in ipsa finiatur.*

*Capitulum vero dicitur yma voce a sacerdote* [*executore officii*][47] *loco nec habitu mutato : sed ad altare converso, non cantando, sed sub tono lectionis legendo*[48] *: quod per totum annum observetur : etiam in festis duplicibus hoc modo.*][49]

*Capitulum. Esaie* 2. [2.]

AS:2, pl. a.; 1519:4v; 1531:1r.[50]




- rit in no-víssimis di- é-bus pre-pa-rá-tus mons



domus Dómi-ni in vérti-ce mónti- um et e-le-vá-bi-tur su-



per colles : et flu- ent ad e- um omnes gentes.

[*Chorus respondeat hoc modo.*][51]



De- o grá-ti- as.

[*Hoc capitulum dicitur ad has vesperas tantum.*][52]

AS:2; 1519:5r; 1531:1r.[53]





‡Dó- mi- nus.

[*Quotienscunque enim dicetur ℟. ad j. vesperas per totum annum in festis et in dominicis diebus : dici debet a duobus clericis de secunda forma, preter hoc ℟. et preter ℟. utrisque dominice in passione Domini, quod est* Circundedérunt. *exceptis festis duplicibus et omnibus festis qui habent invitatorium triplex*[54] *et exceptis festis sanctorum Dionysii, Clementis et Vincentii. Illorum enim Responsoria dicuntur a duobus de superiori gradu ad gradum chori.*

*Hymnus cantetur hoc modo.*][55]

AS:2; 1519:5v; HS:2r; 1531:1r.[56]

Hymn. IV.

 8284.

COndi-tor alme sý-de-rum : * E-térna Lux cre-dénti-



um, Christe Re-démptor ómni- um Ex-áudi pre-ces súppli-



cum. 2. Qui cóndo-lens inté-ri-tu Mortis pe-rí-re sé-cu-lum :



Salvásti mundum língui-dum : Do-nans re- is remé-di- um.



3. Vergénte mundi véspe-re, U-ti spon- sus de thá-lamo :




☾ [*Dicto hymno*] [*unus puer ex parte chori dicat hunc versiculum sequentem*][57] [*loco nec habitu mutato sed ad altare conversus. Idem ordo servetur a quolibet puero quandocunque solus dicit versiculum vel* Benedicámus. *Versiculus sic dicitur.*][58]

AS:2; 1519:5v; 1531:1v; US-II:lxxvj.[59]

8188.



[*Chorus respondeat privatim*][60] [*hoc modo*].[61]

℟. Et nubes pluant justum : aperiátur terra et gérminet salvatórem.

[*Hoc*][62] *eodem modo* [*dicantur et*][63] *respondeantur* [*omnes versiculi*][64] *post hymnum tam ad matutinas*[65] *quam ad vesperas et ad completorium et ad matutinas* [*post psalmum et*][66] *in singulis nocturnis per totum annum : nisi in tribus feriis* [*proximis*][67] *ante pascha et nisi in servitio mortuorum : ita tamen quod in tempore paschali finiantur*[68] *cum* Allelúya. *Et sub silentio.*

[*Rector chori psalmum intonet.*][69]

AS:3; 1519:5v; 1531:1v.[70]

Ant. I.i.




2527.

[*Antiphona finita cum neupma.*][71] 80*.

[ ℭ *Hoc modo dicuntur et finiantur omnes orationes per totum annum ad vesperas et ad matutinas. Post* Magníficat. *et* Benedíctus. *sacerdos dicat hoc modo.*][72]

AS:pl. b.; 1519:5v; US-II:210.[73]




sar0705.

[*Chorus respondeat.*][74]



[*Sacerdos dicat sic.*][75]



℣. O-rémus.

AS:3; pl. b.; 1519:6r; 1531:1v; US-II:lxxvj.

Oratio.



EX-ci-ta qué-sumus Dómi-ne po-ténti- am tu- am et



ve-ni : ut ab immi-nénti-bus pecca-tó-rum nostró-rum pe-



rí-cu-lis te me-re- ámur pro-te-génte é-ri-pi : te li-be-



ránte salvá-ri.

*terminando sic.*



Qui vi-vis et regnas cum De- o Patre in u-ni-tá-te Spí-ri-tus



Sancti De- us. Per ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum.

[*Chorus respondeat.*][76]



℟. Amen.

[*Sacerdos sic.*][77]

1519:5v; 1531:1v.



sar0705.

℣. Dómi-nus vo-bís-cum.

[*Chorus respondeat.*][78]



℟. Et cum spí-ri-tu tu- o.

[*Cum predicto tono dicuntur omnes oraciones per totum annum ad vesperas et ad matutinas nisi in tribus* [*proximis*][79] *feriis ante pascha et in servicio mortuorum.*][80]

## [*De modo terminandi orationes.*][81]

[ ℂ *Sciendum est nobis et intelligendum qualiter orationes quas ad missam sive ad horas dicturi sumus : concludere debeamus, quod nullo modo scire poterimus, nisi per rationem ipsarum orationum illud intelligamus. Nullus ad altare debet Patrem pro Filio, vel Filium pro Patre nominare : sed orationes illas quas ad Patrem sine mentione Filii facimus, sic concludere debemus.* Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus. Per ómnia [sécula seculórum.][82] *Sicut in istas et multas similes istis.* Concéde nos fámulos. Deus qui miro órdine. *Unde* ℣.

Per Dóminum dicas : Patrem dum présbyter oras.

*Item orationes quas ad Patrem cum mentione Filii facimus circa principium, sic concludimus.* Per eúndem Dóminum. *et cetere sicut istas : et multas alias similes istis.* Deus qui de beáte Maríe. Largíre nobis clementíssime. *Si circa finem vero, sic finimus* Qui tecum vivit et regnat in unitáte. *sicut istas et istis consimiles.* Omnípotens sempitérne Deus dírige actus. Da nobis quésumus Dómine imitári quod cólimus. *Unde versus.*

Princípio natum mémorans finem[83] Per eúndem.
Si circa finem Qui tecum dícere debes.

*Orationes autem quas facimus ad Filium tantum, sic concludimus.*[84] Qui cum Deo Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas. *ut in oratione* Fidélium Deus. *vel* Deus qui sanctam crucem. Excita quésumus Dómine poténtiam. *et sic de ceteris hujusmodi. Unde versus.*

Cum loquéris Christo. Qui vivis adésse meménto.

*Item orationes ad Patrem in quibus mentionem de Trinitate facimus : sic concludere debemus.* In qua vivis et regnas Deus. Per ómnia. *Sicut istas et istis consimiles.* Omnípotens sempitérne Deus qui dedísti fámulis. Profíciat nobis ad salútem. *Unde versus.*

Dic In qua vivis : ubi méntio fit Trinitátis.

*Tamen illas orationes quas facimus ad Trinitatem similiter*[85] *: sic concludimus* Qui vivis et regnas Deus. Per ómnia. *Item orationes ad Patrem in quibus mentionem de Sancto Spiritu facimus sic finimus.* Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium

tuum : qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus. Per ómnia. *Sicut istam et consimiles.* Deus qui corda. *Unde versus.*

Commémorans flamen : ejúsdem dic prope finem.

*Illas autem quas ad Filium facimus cum mentione Spiritus Sancti : sic concludimus.* Qui cum Patre et eódem Spíritu Sancto vivis et regnas Deus. Per ómnia. *Sicut istam et consimiles.* Dómine Jesu Christe qui intróitum portárum.[86]

❡ *Sciendum est quod secundum Romanam auctoritatem nullam orationem concludimus*[87] *cum* Per eum qui ventúrus est judicáre [vivos et mórtuos].[88] *nisi sit exorcismus, in quo per Dei judicium diabolum ut a creatura Dei recedat adjuramus : etiam in aliis orationibus quas* Per Dóminum. *includimus. Patrem pro amore Filii ut nobis subveniat imploramus. In exorcismo autem pro Dei judicium, diabolum ut effugiat semper increpamus.*

❡ *Sciendum est quod in omni duplici festo per annum primum et secundum* Benedicamus. *dicitur a duobus. In festis quando Invitatorium est triplex : primum* Benedicámus. *dicitur a duobus, et secundum* Benedicámus. *dicitur ab uno : ita tamen quod in festis duplicibus, et quando Invitatorium est triplex : dicitur primum* Benedicámus. *semper a duobus de secunda forma in superpelliciis ad gradum chori. Secundum vero* Benedicámus. *in festis duplicibus, semper dicitur a duobus pueris in superpelliciis ad gradum chori. Secundum vero* Benedicámus. *quando Invitatorium est triplex : et in festis simplicibus ix. lectionum vel iij. sive chorus regitur sive non : et in dominicis et in festis tam in tempore paschali quam extra : tam primum quam secundum* Benedicámus. *finita oratione dicitur ab uno solo puero loco nec habitu mutato cum isto cantu.*][89]

AS:4; 1519:6v; 1531:1v.[90]



℣. Be-ne-di-cámus Dómi-no.

*Nulla fiat processio ante crucem hoc sabbato ad vesperas nec ab hinc usque ad dominicam in albis*[91] *et tunc inchoetur.*

*Hac ipsa die nulla fiat memoria nisi de sancta Maria. Verumtamen si festum sancti Andree apostoli hoc sabbatum precesserit vel in ipso [die][92] contigerit : et tunc de eo fiet memoria que precedet memoriam beate Marie et in ipso die et quotidie infra octavas et in octava : et tunc oratio ejusdem sancti sic terminetur.*

AS:4; 1519:6v; 1531:1v, US-II:211.[93]



Per Christum Dómi-num nostrum. ℟. A- men.

ℂ *Et sciendum est quod quando fit [aliqua][94] memoria vel processio ad vesperas vel ad matutinas tunc ad omnes orationes post primum* Benedicámus. *que terminantur* Qui vivis et regnas cum Deo Patre [et Spíritu Sancto]. *vel sic* Qui cum Deo Patre et Spíritu Sancto [vivis et regnas Deus].[95] *vel sic* Qui vivis et regnas Deus per [ómnia sécula seculórum]. *vel sic* Qui tecum vivit et regnat [in unitáte Spíritus Sancti Deus per ómnia sécula seculórum]. *semper dicuntur usque in finem. Tamen orationes que finiuntur sic,*

AS:5; 1531:1v.[96]



Dómi-num nostrum Je-sum Christum fí-li- um tu- um.

*non dicuntur ulterius, sed statim dicitur*



℟. A- men. *a choro et postea fiet processio vel memoria.*

*Cum vero post primum* Benedicámus. *sequatur aliqua memoria vel processio post aliquam orationem que terminatur sic,* Per Dóminum [nostrum].[97] *vel sic,* Per eúndem [Dóminum nostrum].[98] *tunc concluditur sic,* Per Christum Dóminum nostrum. *vel sic,* Per eúndem Christum Dóminum nostrum. *Similiter fiat per omnia post illas orationes que dicuntur post processionem ante missam [vel post missam].*[99]

## *Memoria de sancta Maria.*

AS:5; 1519:7r; 1531:1v.[100]

Ant. I.i.

 1539.

A- ve Ma-rí- a * grá-ti- a ple-na Dómi-nus te-cum :



be-ne-dícta tu in mu-li- é-ri-bus al-le-lú-ya.

*Et dicatur hec predicta antiphona ad memoriam de sancta Maria usque ad vigiliam nativitatis Domini : in primis vesperis sanctorum ix. lectionum et in sabbato* [*et ad primum* O.][101]

℄ *Finita antiphona dicatur versus.* [*Dicat sacerdos executor officii hunc versum.*][102]

US-II:lxxvj; 1519:7r; 1531:1v.

 8044.

℣. Egre-di- é-tur virga de ra-dí-ce Jesse.

[*Chorus respondeat.*][103]



℟. Et flos de ra-dí-ce e-jus ascéndet.

[*Hoc eodem modo dicantur et respondeantur omnes versiculi qui dicantur ante oracionem per totum annum, ita quod ceteri versiculi dicantur sub tono hujus responsionis.*

*Finito versiculo cum responsione, dicat sacerdos sub prima voce.*][104]

1519:7r; 1531:1v; US-II:lxxvj.[105]



O-rémus.

1519:7r; 1531:1v.[106]

Oratio.

DEus qui de beáte Maríe [semper] vírginis útero Verbum tuum ángelo nunciánte carnem suscípere voluísti: presta supplícibus tuis, ut qui vere eam Dei genitrícem crédimus: ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum. ℟. Amen.

*Sequatur.*

AS:pl. b.; 1519:5v; US-II:210.

sar0705.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

*Finita oracione dicitur secundum* Benedicámus Dómino. *supradicto modo.* [*Istud vero secundum* Benedicámus. *dicat alius puer supradicto modo ex alia parte chori*].[107]

AS:4; 1519:6v; US-II:211.




## [*Vespere de sancta Maria.*]

¶ *His dictis absque intervallo dicantur vespere de sancta Maria sine nota* [*sedendo usque ad Antiphonam post psalmos tantum*][108] *ut habetur post commune in officio de beata Maria tempore adventus* [467]. *vel hoc modo.* [*Deinde vero stare tenentur omnes clerici usque ad finem vesperarum.*][109]

[ ¶ *Ad matutinas vero de eadem sedeat chorus ab inceptione primi psalmi ante lectiones usque ad* Te Deum. *quando dicitur : nisi dum antiphona super psalmos ante lectiones dicitur usque inchoetur prima lectio. Ita tamen quod lectiones cum versibus Responsoriorum stando dicuntur ab illis clericis, qui dicturi sunt tantum.*][110]

*Ad laudes vero sicut ad vesperas.*

[ ¶ *Et notandum est quod ante inceptionem vesperarum et matutinarum non dicitur de sancta Maria* Pater noster. *nec* Ave María. *in audiencia nec sub silencio per totum annum quando non fit plenum servitium de sancta Maria. Sed ad alias horas dicitur* Ave María. *scilicet in capella que dicitur* Salve. *coram altari ubi dicuntur hore in congregatione clericorum ante missam de ea, ante inceptionem cujuslibet hore cum genuflectione sed sub silencio.*

¶ *Vespere autem de sancta Maria hoc modo dicantur quotidie usque ad vigiliam nativitatis Domini quando non fit plenum servitium de ea.*][111]

*Super psalmos antiphona.* Prophéte predicavérunt * nasci Salvatórem : de vírgine María. 4392.

*Psalmi.* Letátus sum. (*cxxj.*) [325].
Ad te levávi. (*cxxij.*) [326].
Nisi quia Dóminus. (*cxxiij.*) [326].
Qui confídunt. (*cxxiv.*) [327].
In converténdo. (*cxxv.*) [328].

¶ *Feria autem iij. quando predicti psalmi dicantur ad vesperas de die : tunc ad vesperas de sancta Maria dicuntur hi psalmi, scilicet.*

*Psalmi.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311].
Confitébor tibi. *ij.* (*cx.*) [312].
Beátus vir qui timet. (*cxj.*) [313].
De profúndis. (*cxxix.*) [33].
Meménto Dómine David. (*cxxxj.*) [337].

[*Quod observetur in omni feria iij. per totum annum quando fit de sancta Maria commemoratio in conventu.*][112]

*Capitulum. Esaie* 7.[113] [14-15.]

ECce virgo concípiet et páriet fílium : et vocábitur nomen ejus Emmánuel : butýrum et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum : et elígere bonum. ℟. Deo grátias.

*Hymnus.* Ave maris stella.[114] {407}.

[*Quo finito dicat sacerdos versiculum loco nec habitu mutato.*

¶ *Et notandum est quod omnes versiculi ad vesperas* [*et ad matutinas*][115] *de sancta Maria per totum annum dicuntur a sacerdote executore officii modo predicto, quando non fit plenum servitium de ea.*][116]

8014. ℣. Diffúsa est grátia in lábiis [tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in etérnum.]

3863. *Ant.* Ne tímeas María, * invenísti grátiam apud Dóminum : ecce concípies et páries fílium allelúya.
*Ps.* Magníficat. [360].

[℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.][117]
[℣.] [Oremus.][118]

*Oratio.*

COncéde nos fámulos tuos quésumus Dómine Deus perpétua mentis et córporis salúte gaudére : et gloriósa beáte Maríe semper vírginis intercessióne, a presénti liberári tristítia : et etérna pérfrui letítia. *Que terminatur sic.* Per Christum Dóminum nostrum. *Chorus respondeat.* Amen.

*Non dicatur* Dóminus vobíscum. *nec* Benedicámus Dómino.
*Sed statim dicitur*

## *Memoria de Sancto Spiritu.*

*Ant.* Veni Sancte Spíritus * reple tuórum corda fidélium : et tui amóris in eis ignem accénde.

℣. Emítte spíritum tuum et creabúntur. 8052.
℟. Et renovábis fáciem terre.

[℣.] [Orémus.][119]

*Oratio.*

DEus qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : da nobis in eódem spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum [Dóminum nostrum].

## [*Memoria de sancto loci.*]

*Deinde fiat memoria de sancto in cujus honore dedicata est ecclesia : ut in prebendis vel* [*2r.*]
*in aliis ecclesiis parochialibus. [Secundum usum ecclesiarum parochialium Sarum fiat ad vesperas et ad matutinas beate virginis et non ad vesperas nec ad matutinas de die : et hoc per totum annum videlicet immediate post memoriam de Sancto Spiritu.][120] : et post ea de reliquiis secundum antiquum ordinale.*

## [*Memoria de reliquiis.*]

*Ant.* Córpora sanctórum * in pace sepúlta sunt : et vivent nómina eórum in 1935.
etérnum.

℣. Beáti qui hábitant in domo tua Dómine. 7960.
℟. In sécula seculórum laudábunt te.

[℣.] [Oremus.][121]

*Oratio.*

PRopiciáre quésumus Dómine nobis fámulis tuis per sanctórum tuórum, quorum relíquie in presénti [122] continéntur ecclésia mérita gloriósa : ut eórum pia intercessióne, ab ómnibus semper protegámur advérsis. Per Christum Dóminum nostrum. [℟.] [Amen.][123]

**¶** *Alia oratio ad matutinas tantum.*

*Oratio.*

PResta quésumus omnípotens Deus : ut sanctórum tuórum quorum relíquie in hac continéntur ecclésia nos prótegant mérita : quátenus eórum précibus, tranquílla pace in tua júgiter[124] laude letémur. Per Christum Dóminum nostrum.

## [*Memoria de omnibus sanctis.*]

*Memoria fiat de omnibus sanctis semper ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria : quandocunque chorus regitur. In* [*omnibus*][125] *aliis vero diebus fiat memoria de eis ad vesperas et ad matutinas de die. Quod per totum annum observetur : nisi a capite jejunii usque ad cenam Domini*[126] *: tunc enim nulla fit memoria de festo loci : nec de omnibus sanctis ad vesperas nec ad matutinas de die.*[127]

AS:13; pl. d.; pl. e.; 1519:14r; 1531:2r; 9r; 1531-P:17v.

2509.




800128. ℣. Ecce apparébit Dóminus super nubem cándidam.

℟. Et cum eo sanctórum mília.

[℣.] [Orémus.][128]

*Oratio.*

COnsciéntias nostras quésumus Dómine visitándo purífica : ut véniens Dóminus noster Jesus Christus Fílius tuus[129] cum ómnibus sanctis : parátam sibi in nobis invéniat mansiónem. Qui tecum [vivit].[130]

## *Memoria de pace.*

*Ant.* Da pacem Dómine * in diébus nostris : quia non est álius qui pugnet pro nobis nisi tu Deus noster. 2090.

℣. Dómine fiat pax in virtúte tua.
℟. Et abundántia in túrribus tuis.

[℣.] [Orémus.][131]
*Hec oratio sequens dicatur ad vesperas tantum.*[132]

*Oratio.*

Deus a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera : da servis tuis illam quam mundus dare non potest pacem : ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla.

*Que terminetur sic.* Per Dóminum nostrum Jesum [Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat][133] [in unitáte Spíritus Sancti Deus per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.][134]

*Cum* [℣.] Dóminus vobíscum. [℟. Et cum spíritu tuo.][135] 800121.
*et* [℣.] Benedicámus [Dómino. ℟. Deo grátias.
*Et dicitur hec oratio ad vesperas.*][136]

☾ *Hec sequens dicatur ad matutinas tantum.*

*Oratio.*

Deus auctor pacis et amátor, quem nosse vívere, cui servíre regnáre est, prótege ab ómnibus impugnatiónibus súpplices tuos : ut qui in defensióne tua confídimus, núllius hostilitátis arma timeámus. Per Dóminum [nostrum Jesum Christum fílium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.][137]

[℣.] Dóminus vobíscum. [℟. Et cum spíritu tuo.] 800121.
[℣.] Benedicámus Dómino. [℟. Deo grátias.]

[*Sic ultima oracio ad vesperas et ad matutinas et ad completorium per totum annum terminetur.*][138]

## ℂ *Ad completorium de adventu.*

*Ebdomadarius*[139] *incipiat [submissa voce]*[140] *hoc modo.*

AS:6; US-II:lxxvj; 1519-P:144v; 1531:2r; 1531-P:43v.[141]

800075.



COnvérte nos De- us sa-lu-tá-ris noster.

*Chorus dicat.*



℟. Et a-vérte i-ram tu- am a no-bis.

*Sacerdos [executor officii extensa voce dicat hoc modo].*[142]

1519:4r; US-II:lxxvj.[143]

800093.



DE-us in adju-tó-ri- um me- um inténde.

[*Et chorus respondeat hoc modo*].



℟. Dómi-ne ad adju-vándum me festí-na.

*&c. ut supra in initio vesperarum.* 6.

[144] *Unus clericus de ij. forma incipiat, et intonetur psalmus ab aliquo de superiori gradu.*

AS:6; 1519-P:145r, 146v; 1531:2r; 1531-P:44r.

Ant. VIII.i.

sar0077.



MI-se-ré-re * michi Dómi-ne : et ex-áudi o-ra- ti-



ónem me- am. *Ps.* Cum invocárem. (*iiij.*) [362].

*Ps.* In te Dómine sperávi. *j.* (*xxx.*) [362]. *et dicatur usque ad versum* Odísti observántes. *tantum.*

*Ps.* Qui hábitat. (*xc.*) [363].

*Ps.* Ecce nunc. (*cxxxiij.*) [363].

*Hi predicti psalmi dicantur quotidie ad completorium per totum annum, de quocunque fiat servitium, preterquam a cena Domini usque ad octavam pasche : et dicuntur sub una voce nullum psalmum exaltando in choro, ut supra.*

*Capitulum. Hieremie* 14. [9.]

TU in nobis es Dómine, et nomen sanctum tuum invocátum est super nos, ne derelínquas nos Dómine Deus noster. *Chorus respondeat.* Deo grátias.

AS:6; 1519-P:146v; 1531:2r; 1531-P:44r; US-II:lxxvj.[145]

Hymn.
VIII.

 8399.

TE lu-cis ante térmi-num, Re-rum cre- á-tor pósci-



mus : Ut só-li-ta clеménti- a, Sis pre-sul ad custó-di- am.



2. Pro-cul re-cé-dant sómni- a, Et nócti- um fan-tásma-ta :



Hostémque nos-trum cómprime, Ne pollu- ántur córpo-ra.



3. Presta Pa-ter omní-po-tens, Per Je-sum Chri-stum



Dómi-num : Qui te-cum in perpé-tu- um, Regnat cum Sancto



Spí-ri-tu. Amen.

*Hic hymnus dicatur ad completorium per totum annum : nisi in duplicibus festis, et in octavis cum regimine chori, et a xl. usque in crastinum sancte Trinitatis.*

AS:7; 1531:2r; 1531-P:44r.[146]

8001.



℣. Custó-di nos Dómi-ne.

℟. Ut pupíllam óculi, sub umbra alárum tuárum prótege nos. <*privatim.*>

AS:7; 1520-P:148r, 148v; 1531:2r; 1531-P:44r.

5321. Ant. VII.i.



VEni Dómi-ne * vi-si-tá-re nos in pa-ce : ut



le-témur co-ram te corde perfécto. *Ps.* Nunc Dimittis. [367].

ℭ [*Finita antiphona*][147] *sequuntur preces* [*ex parte chori et incipiantur a minori persona hoc modo.*][148]

AS:7; 1519-P:149r; 1531:8r; 1531-P:46r; US-II:lxxvij.[149]



KY-ri- e-léyson. *iij.* Christe-léyson. *iij.* Ky-ri- e- 9040.



léyson. *ij.* Ky-ri- e-léyson.

[*et dicuntur alternatim.*][150]

[*Et dicat chorus tunc*][151] Pater noster. [1]. <*secreto.*>

[*qua dicta sacerdos dicat sic*].[152]

AS:7; 1531:8r; 1531-P:46r; US-II:lxxvij.[153]



℣. Et ne nos indú-cas in tempta-ci- ónem.

[*Chorus.*][154]



℟. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.



℣. In pa-ce in i-dípsum. ℟. Dórmi- am et requi- éscam. 8099.

[*Tunc dicat sacerdos*][155] Credo in Deum. [2]. <*secreto*>



℣. Carnis re-surrecci- ónem. ℟. Et vi-tam e-térnam. Amen.



℣. Be-ne-di-cámus Patrem et Fí-li- um cum Sancto Spí-ri-tu. 7966.



[2v.] ℟. Laudémus et su-per-ex-altémus e-um in sé-cu-la.

7977. 

℣. Be-ne-díctus es Dómi-ne in firmaménto ce-li. ℟. Et lau-



dá-bi-lis et glo-ri-ó-sus et su-per-ex-al-tá-tus in sé-cu-la.



℣. Be-ne-dí-cat et cus-ó-di- at nos omní-po-tens et mi-sé-



ri-cors Dómi-nus.

*Chorus respondeat.*



Amen.

*Excellentior persona scilicet sacerdos dicat* [*submissa voce*].[156]

Confíteor Deo, beáte Maríe, ómnibus sanctis. *Vertens se ad chorum.* et vobis, peccávi nimis, cogitatióne, locutióne, et ópere. Mea culpa. *Respiciens ad altare,* precor sanctam Maríam[157] omnes sanctos Dei, *Respiciens ad chorum*, et vos oráre pro me.

*Chorus respondeat ad eum.*[158]

Misereátur tui omnípotens Deus, et dimíttas tibi ómnia peccáta tua : líberes te ab omni malo, consérves et confírmes in bono, et ad vitam perdúcas etérnam. [℟. *sacerdos* Amen.]

*Postea ad altare converso*, Confíteor *ut supra.*[159]

*Deinde dicat sacerdos ad chorum conversus hoc modo.*[160]

MIsereátur vestri omnípotens Deus, et dimíttat vobis ómnia peccáta vestra : líberet vos[161] ab omni malo, consérvet et confírmet in [162] bono, et ad vitam perdúcat etérnam. [℟. Amen.]

*Deinde dicat sacerdos.*

ABsolutiónem et remissiónem ómnium peccatórum vestrórum, [163] spátium vere peniténtie, [164] emendati-ónem vite, grátiam et consolatiónem Sancti Spíritus : tríbuat nobis [165] omnípotens[166] et misericors Dóminus. [℟.] Amen.

*Tam ad primam quam ad completorium per totum annum quando* Confiteor. *dicitur, deinde dicat sacerdos executor officii* [*sequens preces*][167] [*exaltans vocem*].[168]

AS:7; 1519-P:150r; 1531:2v; 1531-P:46v.[169]



8023. 


℟. Quemádmodum spe-rá-vimus in te. ℣. Dómi-ne De-us



virtú-tum convérte nos. ℟. Et osténde fá-ci-em tu-am et

8025. 

salvi é-rimus. ℣. Dómi-ne ex-áudi o-ra-ti-ónem me-am.

sar0705. 

℟. Et clamor me-us ad te vé-ni-at. ℣. Dómi-nus vo-bíscum.



℟. Et cum spí-ri-tu tu-o. ℣. O-rémus.

AS:7; 1519-P:151r; 1531:2v; 1531-P:46v; US-II:lxxvij.[170]

Oratio.



ILL-lúmi-na qué-sumus Dómi-ne De-us té-nebras



nostras : et tó-ti-us noctis insí-di-as, tu a no-bis re-pél-le



pro-pí-ci-us. Per Dómi-num nostrum Je-sum Christum Fí-li-



um tu-um, qui te-cum vi-vit et regnat in u-ni-tá-te Spí-ri-tus



Sancte De- us, per ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum. ℟. A- men.

*He preces predicte dicantur supradicto modo per totum annum ad completorium tam in festis duplicibus quam simplicibus* [*etiam sine regimine chori*][171] *et in feriis : nisi a cena Domini usque ad octavam pasche : ita tamen quod in omnibus feriis per adventum, et a* Dómine ne in ira. *usque ad cenam Domini et a* Deus ómnium. *usque ad adventum Domini : quando de feria agitur post versum* Fiat misericórdia. [*&c.*][172] <*ut supra* *> *statim sequitur.*

℣. Exáudi Dómine vocem meam qua clamávi ad te.

[℟.] Miserére mei et exáudi me.

[*Et statim incipiatur ex parte chori iste*][173] *ps.* Miserére (*l.*) [173]. *totus psalmus dicitur cum* Glória Patri. *et* Sicut erat. *sine nota* [*alternatim a choro*].[174] *Et tunc omnia fiant in prostratione ab inceptione primi* Kyrieléyson. *usque post orationem et* Confiteor. Misereátur. *et* Absolutiónem. *ita tamen quod immediate post psalmum erigat se sacerdos* [*solus*][175] *sic dicendo cum nota.*

AS:7; 1519-P:152r; 1531:2v; 1531-P:46v.[176]

 8072.

℣. Exúrge Dómi-ne ádju-va nos.

*Et chorus respondeat.*

 8023.

℟. Et lí-be-ra nos propter nomen tu- um. ℣. Dómi-ne



De- us virtú-tum convérte nos. ℟. Et osténde fá-ci- em tu- am

 8025.

et salvi é-rimus. ℣. Dómi-ne ex-áudi o-ra-ti- ónem

sar0705.




[*Oratio.*] Illúmina, quésumus Dómine. 32.

AS:8; 1519-P:151r; 1531:2v; 1531-P:46v.

sar0705.




*Sub eodem tono dicantur et finiantur orationes ad omnes horas scilicet ad primam, tertiam, sextam, et nonam, et ad completorium per totum annum : nisi a cena Domini usque ad completorium in vigilia pasche, et nisi in die animarum.* [*Ita tamen quod nota predicta super* Jesum Christum Fílium tuum. *non dicitur nisi conclusio sit* Per Dóminum nostrum.][177]

*Hec oratio predicta cum capitulo predicto et ℣.* Custódi nos. *dicatur per totum annum ad completorium nisi a cena Domini usque ad octavam pasche, antiphona vero super psalmos scilicet* Miserére. *per totum adventum dicatur : et a crastino octave epiphanie usque ad xl. et a dominica passionis Domini usque ad cenam Domini : et a crastino festi sancte Trinitatis usque ad adventum Domini dicatur : nisi in festis et per octavas beate Marie : et nisi in festo reliquiarum et omnium sanctorum.*

*Hoc predictum completorium non mutatur in toto adventu : nisi in festis duplicibus que infra adventum evenerint. Tunc enim mutetur hymnus solummodo, et dicatur hymnus* Salvátor mundi. [369]. [*et in commemoratione beate Marie, tunc enim in fine ympni* Te Lucis. *dicitur ℣.* Glória tibi Dómine.][178]

## [*Pro pace ecclesie.*]

*Omni die per annum post completorium de die, et post matutinas de die et matutinas de sancta Maria*[179] *: preterquam in festis duplicibus et per octavas assumptionis et nativitatis beate Marie : et dedicationis ecclesie, et in die animarum, et in vigilia natalis Domini, et abhinc usque ad inceptionem hystorie* Dómine ne in ira. *et a cena Domini usque ad inceptionem hystorie* Deus ómnium. *dicatur pro pace ecclesie cum genuflectione : scilicet ps.* Ad te levávi. (*cxxij.*) [326]. *cum* Glória Patri.[180] *sed sine nota* [*: tamen quando laudes mortuorum dicantur in choro, sicut in quadragesima, post matutinas de die et de sancta Maria, et post laudes mortuorum dicitur ps.* Ad te levávi. (*cxxij.*) *et semper cum* Glória Patri. *et* Sicut erat].[181]

*Finito psalmo sequitur*

℣. Kýrie eléyson. ℟. Christe eléyson. ℣. Kýrie eléyson.

℣. Pater noster. [1]. <*secreto*>

*Deinde dicat sacerdos executor officii in audiencia sed sine nota* [*genuflectendo*][182] Et ne nos [indúcas in tentaciónem].

[*Chorus*] Sed líbera [nos a malo].

℣. Exúrge Dómine [ádjuva nos]. 8072.

℟. Et líbera nos [propter nomen tuum].

℣. Dómine Deus virtútum[183] convérte nos. 8023.

℟. Et osténde fáciem tuam et salvi érimus.

℣. Dómine exáudi [oratiónem meam]. 8025.

℟. Et clamor [meus ad te véniat].

℣. Dóminus vobíscum. 800121.

℟. Et cum spíritu [tuo].

℣. Oremus.

*Deinde dicat sacerdos executor officii in audientia : sed sine nota* [*similiter in prostracione*].[184]

*Oratio.*

Ecclésie tue quésumus Dómine preces placátus admítte : ut destrúctis adversitátibus et erróribus univérsis : secúra tibi sérviat libertáte : et pacem tuam [185] nostris concéde tempóribus. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

*His dictis surgat sacerdos et omnes clerici a prostratione osculantes formulas.*[186]

## [*Ad completorium de sancta Maria.*]

[*3r.*] ℂ *Ad completorium de sancta Maria quod extra chorum dicitur super psalmos.*

1565. *Ant.* Beáta es María * que credidísti, perficiéntur in te que dicta sunt tibi a Dómino allelúya.

*Pss.* Usquequo. (*xij.*) [22].
Júdica me Deus. (*xlij.*) [205].
Sepe expugnavérunt. (*cxxviij.*) [332].
Dómine non est exaltátum. (*cxxx.*) [334].

*Capitulum. Ecclesiastici* 24. [15.]

SIcut cynamómum et bálsamum aromátizans odórem dedi : quasi mirrha elécta dedi suavitátem odóris. [℟.] [Deo gratias.][187]

*Hymnus.* Virgo singuláris.[188]
Vitam presta.
Sit laus.
} {406}.

8046. ℣. Elégit eam Deus [et preelégit eam.
℟. Habitáre eam fecit in tabernáculo suo.][189]
[*Et dicitur hic versus ad completorium de sancta Maria generaliter per totum annum.*][190]

2491. *Ant.* Ecce ancílla Dómini : fiat michi secúndum verbum tuum.
*Ps.* Nunc dimíttis. [367].

[℣.] [Orémus.][191]

*Oratio.*

GRátiam tuam quésumus Dómine méntibus nostris infúnde : ut qui ángelo nunciánte Christi Fílii tui incarnatiónem cognóvimus : per passiónem ejus et crucem, ad resurrectiónis glóriam perducámur.

*Que finitur sic.* Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum. [℟. Amen.][192]

800121. [℣.] Dóminus vobíscum. [℟. Et cum spíritu tuo.][193]
[℣.] Benedicámus Dómino. [℟. Deo grátias.][194]

*Hec oratio dicitur ad simplex completorium de sancta Maria per adventum tantum. Sciendum est quod per totum adventum ad simplex completorium dicantur de sancta Maria antiphone et psalmi predicti : cum predictis capitulis, hymno, et versibus ut supra.*

[*Completorium vero de sancta Maria nunquam dicitur in choro.*][195]

[*Post completorium canitur aliqua antiphona de sancta Maria ante altare ejusdem : et dum canitur executor officii stet ad lectrinum quod ante altare est ubi scilicet quotidie de ea celebratur missa solenniter et ibi dicat*

℣. Post partum [virgo invioláta permansísti.

℟. Dei génitrix intercéde pro nobis.][196]

*Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus qui glorióse [vírginis et matris Maríe corpus et ánimam : ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mererétur Spíritu Sancto cooperánte mirabíliter preparásti : da ut cujus commemoratióne letámur ejus pia intercessióne ab instántibus malis et a subitánea morte et improvísa liberémur.][197] Per eúndem Christum Dóminum nostrum.][198]

## ☾ *Ad matutinas de adventu.*

*Dicat sacerdos* Pater noster. Ave María. [1]. <*secreto.*>

*Postea sacerdos* [*executor officii*][199] *incipiat servitium* [*submissa voce*][200] *hoc modo.*

AS:8; 1519:8v; 1531:3r; US-II:lxxvij.[201]



Omi-ne lá-bi- a me- a a-pé-ri- es.

*Chorus respondeat* [*hoc modo*].[202]



℟. Et os me- um annunci- á-bit laudem tu- am.

*Sacerdos statim.* [*Executor officii voce extensa dicat hoc modo ut prius.*][203]

AS:1; 1519:4r; 1531:3r.[204]

800093.



E-us in adju-tó-ri- um me- um inténde.



℟. Dómi-ne ad adju-vándum me festí-na. Gló-ri- a Pa-tri. *&c.*

[*sub eodem tono sicut ad vesperas.*][205] 6.

[206]*Officium principalis rectoris est in primis Invitatorium querere a cantore, et cantum psalmi* Veníte.

*Deinde cum socio suo rectore chori*[207] *in cappis sericis ad gradum chori simul et incipiant Invitatorium.*

AS:7; 1519:8v; 1531:3r.[208]

1074. Invit. IV.i.



C-ce,

*Chorus prosequatur sic.*



ve- nit Rex. †Oc-cu-rá- mus ób- vi- am Salva-tó- ri nostro.

*Rectores dicant simul totum psalmum* Veníte. *nullum versum exaltando.*



*Ps.* Ve-ní- te ex-ultémus Dómi-no. (*xciv.*) 13*.

*Post primum tercium et quintum versum psalmi, repetatur totum invitatorium a Choro. Et post iij. versum a cantore vel succentore reincipiatur invitatorium vocem exaltando [si necesse fuerit]*[209] *: et percantetur a choro. Post secundum vero et quartum et sextum versum psalmi repetat chorus* Occurrámus. *&c. Deinde reincipiatur invitatorium a rectore et percantetur a choro. Hic ordo observetur per totum annum de invitatoriis cum suis psalmis dicendis nisi a passione Domini usque ad diem pasche : ita tamen quod in festis duplicibus primo percantetur invitatorium a rectoribus chori qui dicturi sunt psalmum* Veníte. *[et]*[210] *postea repetatur a choro.*

AS:9; 1519:9r; HS:2v; 1531:3r.[211]

Hymn. II.



8409.

VErbum su-pérnum pró-di- ens, * A Patre o-lim éx-



i- ens : Qui na-tus orbi súbve-nis Cursu declí-vi témpo-ris.



2. Il-lúmi-na nunc pécto-ra Tu-óque amó-re cóncrema :


Audí-to ut pre-có-ni- o Sint pulsa tandem lúbri-ca.
3. Ju-déxque cum post á-de-ris Rimá-ri facta pécto-ris :
Reddens vi-cem pro ábdi-tis Justísque regnum pro bo-nis.
4. Non demum artémur ma-lis Pro qua-li-tá-te crími-nis :
Sed cum be- á-tis cómpo-tes, Simus perhénnes cé-li-bes.
5. Laus honor virtus gló-ri- a De- o Pa-tri et Fí-li- o :
Sancto simul Pa-rá-cli-to In sempi-térna sé-cu-la. Amen.

## ℂ *In j. nocturno.*

[*Iste iij. antiphone sequentes incipiantur in secunda forma.*][212]

AS:pl. B; 1519:9r; 1519-P:3v, 7r; 1531:3r; 1531-P:2v.[213]

1. Ant. I.v.

 203286.

NOn aufe-ré-tur * sceptrum de Ju-da et dux de



femó-re e-jus do-nec vé-ni- at qui mit-téndus est.



*Ps.* Beátus vir. (*j.*) [12].

Quare fremuérunt. (*ij.*) [12].

Dómine quid multiplicáti. (*iij.*) [13].

Dómine ne in furóre. *j.* (*vj.*) [14].

*Et dicantur sub una voce et sub uno* Glória Patri. *nullum psalmum exaltando.*

ℂ *Et notandum quod per totum annum quandocunque plures psalmi habentur sub uno* Glória. *ad nocturnum vel ad horas nullus eorum debet exaltari antequam perveniatur ad illum versum* Glória Patri.

AS:pl. C.; 1519-P:7r, 10v; 1531:3r; 1531-P:3v.

2. Ant. II.i.

 201602.

E - rit ipse * expectá-ci- o génti- um la-va-bítque



vi-no sto- lam su- am : et sángui-ne u-ve pál- li- um su- um.



*Ps.* Dómine Deus meus. (*vij.*) [16].

Dómine Dóminu noster. (*viij.*) [17].

Confitébor. (*ix.*) [18].

In Dómino confído. (*x.*) [19].

*sub una voce sub uno* Glória Patri. *nullum psalmum exaltando.*

AS:pl. D.; 1519-P:10v; 12r; 1531:3r; 1531-P:4r.[214]

3. Ant. III.v.



204009. P Ulchri- ó-res * sunt ó-cu-li e-jus vi-no : et dentes



e-jus lacte can- di-di- ó-res. *Ps.* Salvum me fac. *j.* (*xj.*) [21].

Usquequo. (*xij.*) [22].

Dixit insípiens. (*xiij.*) [22].

Dómine quis habitábit. (*xiv.*) [23].

*sub una voce, sicut predicti psalmi dicebantur.*

℣. Ex Sion spécies decóris ejus.

℟. Deus noster maniféste véniet.

*Deinde dicitur* Pater noster. *et* Ave María. *a toto choro privatim.* [1].

¶ *Et notandum est quod nunquam in ecclesia Sarum incipitur* Pater noster. *nec* Credo. *a sacerdote executore officii in audientia ad aliquod servitium, nisi ad missam tantum : ubi totaliter in audientia dicantur vel cantentur. Et postea dicat sacerdos in audientia.*

AS:9; 1531:3r.



℣. Et ne nos indú-cas in tenta-ti- ónem.

*Chorus respondeat.*



℟. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

*Clericus lector dicat.*

AS:9; 1519:9r; 1531:3r.



Jube dómi-ne be-ne-dí-ce-re.

*Sacerdos* [*dicat sic Benedictio*].[215]



Be-ne-dic-ti- óne perpé-tu- a : be-ne-dí-cat nos Pa-ter



e-térnus.

*Chorus respondeat.*



Amen.

*Et sciendum est quod omnes benedictiones ad matutinas per totum annum modesta voce* [*sub tono lectionis*][216] *dicantur a sacerdote interim sedente, nisi tantum ad primam,* [*3v.*] *quartam, et septimam lectionem.*[217] *Tamen in die natalis Domini tres ultime benedictiones stando dicantur.* [*Finita benedictione sedeat chorus.*][218]

*Hac die incipiatur Esaias et legatur per totum adventum quando de temporali agitur nisi in secundo et tertio nocturnis dominicis diebus : et nisi in iiij. et vj. feria et sabbato iiij. temporum.*

*Clericus primam lectionem legat hoc modo.*

*Lectio prima. Esaie* i. [1–4.]

AS:9; 1519:9r; 1531:3v.[219]



V I-si-o E-sá-i-e fí-li-i Amos, quam vi-dit su-per



Ju-dam et Hie-rú-sa-lem : in di-é-bus O-zi-e, Jó-atham,



Achaz et E-zechí-e re-gum Ju-da. Audí-te ce-li, et áuri-



bus pérci-pe terra : quó-ni-am Dómi-nus lo-cú-tus est. Fí-li-



os e-nutrí-vi et ex-ultá-vi : ipsi autem spre-vé-runt me.

Cognóvit bos possessórem suum, et ásinus presépe dómini sui : Israel autem me non cognóvit, et pópulus meus non intelléxit. Ve genti peccatríci, pópulo gravi iniquitáte, sémini nequam, fíliis scelerátis. Dereliquérunt Dóminum, blasphemavérunt sanctum Israel : abalienáti sunt retrórsum.

AS:9; 1519:9v; 1531:3v.



Hec di-cit Dómi-nus De-us, Convertími-ni ad me : et




*Sic finiantur omnes lectiones de prophetia per totum annum ad matutinas : nisi in vigilia mortuorum : et in tribus noctibus ante pascha. Relique vero lectiones finiantur cum*

1519:9v; 1531:3v.




*quotidie per annum : nisi solummodo in vigilia mortuorum et in die animarum et etiam in tribus noctibus ante pascha : que terminentur ut patet in lectionibus.*

[*Sub hoc tono supradicto leguntur omnes lectiones ad matutinas per totum annum nisi tres prime lectiones in tribus proximis feriis ante pascha.*][220]

*Finita lectione non respondeat chorus* Deo grátias. [*in audientia*][221] *sed statim absque intervallo Responsorium incipiatur : quod per totum annum observetur.*

[*Questio utrum debemus dicere* Tu autem. *vel* Hec dicit Dóminus. *post lectiones de sancta Maria de commemoratione in adventu. Dicendum est quod dicitur* Tu autem. *ubi non leguntur lectiones de prophecia.*][222]

[223] *Hac die primum Responsorium incipiatur a tribus pueris*[224] *in suppelliciis ad gradum chori conversis ad altare : et percantetur a choro videlicet duo pueri ex parte chori cum tertio puero ex opposito in medio eorum stante simul incipiant.*

AS:10; 1519:9v; 1531:3v.[225]

1. Responsorium. VII.




6129.

[*Chorus prosequatur.*][226]



* ecce ví-de-o De- i po-ténci- am ve-ni- én- tem :



et né-bu- lam to- tam terram te- gén- tem.



†I- te ób- vi- am e- i, et dí- ci- te. ‡Núnci- a



no- bis si tu es ipse. ††Qui regna-tú-rus



es. ‡‡In pópu- lo Isra- el.

[227]*Solus puer ebdomadarius ex parte chori*[228] *stans dicat primum versum.*

6129a. 

℣. Qui- que terrí-ge-ne et fí- li- i hómi- num : si- mul



in u-num di- ves et pau- per.

*Chorus.*



†I- te ób- vi- am.

*Omnes repetitiones dicantur usque ad finem Responsorii.*

*Secundus puer ex parte cantoris*[229] *in medio stans solus dicat secundum versum.*



℣. Qui re- gis Isra- el intén-de : qui de-dú-cis 6129b.



ve-lut o-vem Jo- seph.

*Chorus.*



‡Núnci- a.

*Tertius puer ex parte chori*[230] *solus dicat tertium versum sic.*



℣. Ex- cí- ta Dómi-ne po-ténci- am tu- am et ve- ni : 6129d.



ut salvos fá- ci- as nos.

*Chorus.*



††Qui regna-tú-rus es.

℄ *Deinde hi tres pueri simul dicant.*[231]







*Chorus.*




*Chorus vero ab inceptione* Glória Patri. *stare tenetur usque ad inceptionem*[232] *secunde lectionis. Item omnes tres pueri simul reincipiant Responsorium* Aspíciens a longe. e*t percantetur a choro* [*responsorium*].[233]

*Lectio secunda.* [*Esaie* i. 5–9.]

Super quo percútiam vos ultra addéntes prevaricatiónem ? Omne caput lánguidum et omne cor merens : a planta pedis usque ad vérticem, non est in eo sánitas. Vulnus et livor et plaga tumens, non est circunligáta : nec curáta medicámine neque fota óleo. Terra vestra desérta : civitátes vestre succénse igni. Regiónem vestram coram vobis aliéni dévorant : et desolábitur sicut in vastitáte hostíli. Et derelinquétur fília Syon ut umbráculum in vínea, et sicut tugúrium in cucumerário : sicut cívitas que vastátur. Nisi Dóminus exercítuum reliquísset nobis semen : quasi Sodóma fuissémus, et quasi Gomórra símiles essémus.

Hec dicit Dóminus Deus, convertímini ad me : et salvi éritis.

AS:10; 1519:10v; 1531:3v.[234]

6128. 2. Resp. VI.






6128b.

*Lectio tertia.* [*Esaie* 1. 10–15.]

AUdíte verbum Dómini príncipes Sodomórum : áuribus percípite legem Dei vestri pópulus Gomórre. Quo michi multitúdinem victimárum vestrárum dicit Dóminus ? Plenus sum. Holocáusta aríetum, et ádipem pínguium : et sánguinem vitulórum, et agnórum et hircórum nólui. Cum venirétis ante conspéctum meum : quis quesívit hec de mánibus vestris, ut ambularétis in átriis meis ? Ne offerátis ultra sacrifícium frustra. Incénsum vestram abominátio est michi. Neoméniam et sábbatum et

festivitátes álias non feram. Iníqui sunt cetus vestri. Kaléndas vestras et solennitátes vestras odívit ánima mea : facta sunt michi molésta. Laborávi sústinens. Et cum extendéritis manus vestras, avértam óculos meos a vobis : et cum multiplicavéritis oratiónem, non exáudiam. Manus enim vestre : sánguine plene sunt. Hec dicit Dóminus [Deus, convertímini ad me : et salvi éritis].[235]

AS:10; 1519:11r; 1531:4r.[236]

7170. 3. Resp. VII.




7170b.




## ℭ *In secundo nocturno.*

AS:pl. D; 1519:11v; 1519-P:12v, 13r; 1531:4r; 1531-P:4v.[237]

4. Ant. IV.ii. 1737.





su- um a peccá-tis e- ó-rum. *Ps.* Consérva me. (*xv.*) [25].

AS:pl. E; 1519-P:13v, 14v; 1531:4r; 1531-P:4v.[238]

2557. 5. Ant. V.i.



EC- ce vir- go * concí-pi- et et pá-ri- et fí-li- um :



et vo-cá-bi-tur nomen e-jus Emá-nu- el.



*Ps.* Exáudi Dómine. (*xvj.*) [27].

AS:pl. F; 1519-P14v, 17r; 1531:4r; 1531-P:5r.[239]

203738. 6. Ant. VI.



O- ri- é-tur * in di- é-bus e-jus justí-ci- a et a-



bundánci- a pa- cis et a-do-rá-bunt e- um omnes re- ges :



omnes gen-tes sérvi- ent e- i. *Ps.* Díligam te Dómine. (*xvij.*) [30].

8044. ℣. Egrediétur virga de radíce Jesse.

℟. Et flos de radíce ejus ascéndet.

*Tres medie lectiones [fiant]*[240] *de sermone beati Maximi episcopi*[241] *: et legantur sine titulo : sed cum* Jube dómine benedícere. *incipiantur et cum* Tu autem [Dómine].[242] *finiantur.*

*Lectio quarta.*

IGitur quóniam post tempus spirituálibus épulis refícere nos debémus : videámus quid Evangélica léctio prosequátur. Ait enim Dóminus, (sicut audívimus) de advéntus sui témpore. Sicut fulgur chorúscans de sub celo : ita erit advéntus fílii hóminis. Et addídit in consequéntibus,[243] In illa nocte erunt duo in lecto uno, unus assumétur : et unus relinquétur. Due moléntes in pistríno, una assumétur : et una relinquétur. Movet fortásse vos fratres : cur Dóminus advéntum suum índicans noctis se témpore osténderit adventúrum, cum útique advéntus ejus magna cum claritáte diéi, magno cum tremóre et timóre súscipi deméret a cunctis. Tu autem.

AS:11; 1519:11v; 1531:4r.[244]

4. Resp. VII.




6157.

6157a.




*Quando dicitur* [℣.] Glória Patri. 95*. *repetatur* ‡Quod enim.

*Lectio v.*

FRequénter audívimus sacris líteris predicátum, príusquam Dóminus Jesus Christus advéniat antichrístum regnatúrum. Qui ita ténebras humáno géneri sue pravitátis infúndet ut lucem veritátis nemo pene perspíciat : et calígine própria opériens mentes hóminum, cecitátem quandam spirituálibus óculis exhibébit. Nec mirum si diábolus eníttat iniquitátis ténebras : cum ipse sit nox ómnium peccatórum. Ad hujus ígitur [noctis][245] tetram calíginem depelléndam : velut fulgur quoddam Christus advéniet. Et sicut lucénte die nox subvértitur : ita coruscánte Salvatóre antichrístus effugábitur. Nec ultérius póterit dissemináre iniquitátis sue ténebras : cum lumen veritátis effúlserit. Quod autem ait, In illa nocte erunt duo in lecto uno, unus assumétur, et unus relinquétur : hic jam resurrectiónis méritum demonstrátur, quod pro qualitáte vivéndi sit grátia resurgéndi. Ac tantam in síngulis quibúsque resurrectiónis esse distántiam : ut duóbus étiam páriter dormiéntibus et una sede quiescéntibus, equális non possit esse assúmptio. Quamvis enim eódem con-

sórtii léctulo teneántur : pro méritis tamen alter eórum rapiétur in celum, alter relinquétur in terris. Lectus enim quidam noster commúnis est terre hujus amplíssimum solum : in quo córpora nostra depósita, tutíssima sede requiéscunt. In hoc autem léctulo ille móllius dormit : quisquis dúrius in hac vita sese gésserit. Tu autem.

AS:11; 1519:12r; 1531:4r.[246]






*Lectio sexta.*

[*4v.*] POssumus étiam ipsa membra nostra léctulos nostros próprios nuncupáre : in quibus ánime nostre velúti in quodam stratu suavíssime demorántur. Quod quidem sanctum Prophétam sensísse arbítror : cum dicit, Univérsum stratum ejus versásti in infirmitáte ejus. Beátus est enim ille cujus stratum Dóminus in ipsíus infirmitáte convértit : ut qui fúerat paulo ante iracúndus et adúlter et pétulans et cunctórum scélerum infirmitátibus plenus, assuétum corpus ejus malo versans Dóminus, fiat castus húmilis et modéstus. De quo stratu spirituáliter ad paralíticum dictum est a Dómino, Surge tolle grabátum tuum et ámbula. Non enim tam in eo admiratiónis áliquod erat, ut confrácti léctuli lígneum cratem portáret paralíticus : quam ut resolúti córporis membra et debilitáte confrácti, velut ánime sue necessárium léctulum paralíticus ipse gestáret, et coram pósitis Judéis própriis abíret pédibus : qui mánibus allátus fúerat aliénis. In hoc plane (sicut dixi) compléta est prophética illa senténtia, Versásti stratum ejus in infirmitáte ejus : ut versa vice portáret lectum in quo fúerat paulo ante portátus. Et ánima illíus que prius vásculo córporis ferebátur : póstea corpus suum ipsa utílius circumférret. Potest étiam áccipi quod ait, Erunt duo in lecto uno : unus assumétur scílicet Christianórum plebs, et unus relinquétur pópulus Judeórum. Qui velut uno léctulo, hoc est una mandatórum lege tenéntur : et velut símili resurrectiónis spe gloriántur. Tunc ígitur Christianórum beátus pópulus assumétur in glóriam : Judeórum autem execrábilis convéntus, relinquétur in terra. Tu autem.

AS:12; 1519:12r; 1531:4v.[247]

7562. 6. Resp. III.




7562b.

## ℭ *In tertio nocturno.*

AS:pl.F.; 1519:12v; 1519-P:17v, 18v; 1531:4v; 1531-P:5v.[248]

7. Ant. VII.i.

 3967.

NOx pre-céssit * di- es autem appro-pinquá-bit : abji-



ci- ámus ergo ópe-ra te-nebrá-rum : et indu- ámur



arma lu-cis. *Ps.* Celi enárrant. (*xviij.*) [34].

AS:pl.G.; 1519-P:18v, 19r; 1531-P:5v.[249]

3134. 8. Ant. VIII.i.



HO-ra est * jam nos de somno súrge-re : et a-pér-ti



sunt ó-cu-li nostri súrge-re ad Christum : qui- a lux ve-ra



est fulgens in ce-lo. *Ps.* Exáudiat te Dóminus. (*xix.*) [36].

AS:pl.G.; 1519-P:19r, 20r; 1531:4v; 1531-P:6r.[250]

2932. 9. Ant. IV.i.




℣. Egrediétur Dóminus de loco sancto suo. cf. 8043.

℟. Véniet ut salvet pópulum suum a peccátis eórum.[251]

*Non dicatur ulterius.*

❡ *He predicte antiphone in nocturnis hujus dominice cum suis psalmis dicantur omnibus dominicis per totum adventum.*

*Lectio septima de expositione Evangelii hoc modo incipiatur : post acceptam benedictionem cum* Jube dómine benedícere. 43. *Et sequatur sic.*

AS:12; 1531:4v.[252]




*Non dicatur* Glória tibi Dómine.

*Lectio septima. Matt.* 21. [1.]






Cum appropinquásset Jesus Hierosólymis, et venísset Bétphage ad montem Olivéti : tunc misit duos discípulos dicens eis, Ite in castéllum quod contra vos est : et statim inveniétis ásinam alligátam et pullum cum ea. Sólvite : et addúcite michi. Et réliqua.

*Finitis verbis Evangelii : dicat lector titulum* [*scilicet*][253] *de Omelia sub eodem tono quo et lectio dicebatur : ita* [*tamen*][254] *quod non dicatur,* de eádem lectióne. *per totum annum quando de temporali agitur scilicet in fine, sed hoc modo hac die,* Omélia ex[255] divérsis tractátibus. *quod per totum annum observetur secundum Sarum : ut post Evangelia suis locis intitulantur.*[256]

Bétphage, domus bucce sive domus maxillárum interpretátur, qui sacerdótum vículis erat, et confessiónis portábat typum : et erat situs in monte Olivéti, ubi lumen sciéntie, ubi labórum et dolórum réquies est. Tunc misit duos discípulos suos. Non immérito [257] possunt duo discípuli ad exhibénda Dómino animália destináti, duo predicatórum órdines, unus vidélicet in gentes, alter in circuncisiónem diréctus intélligi. Qui recte duo mittúntur : sive propter sciéntiam veritátis et operatiónis mundíciam, sive propter gémine dilectiónis, Dei vidélicet et próximi [*5r.*]
sacraméntum toto orbe predicándum. [Tu autem Dómine.]

AS:12; 1519:12v; 1531:5r.[258]

6149. 7. Resp. III.






*Lectio octava.*

ITe in castéllum quod contra vos est. Contra enim apóstolos erat : nec jugum doctrinárum volébat accípere. Missi ígitur isti discípuli doctóres signíficant : quos ut indócta ac bárbara totíus orbis loca quasi contra pósiti castélli ménia evangelizándo penetrárent destinávit. Et statim inveniétis ásinam alligátam : et pullum cum ea. Sólvite : et addúcite michi. Introeúntes mundum predicatóres sancti : invenérunt pópulum natiónum perfídie vínculis irrétitum. Funículis enim peccatórum suórum : unusquísque constríctus erat. Nec solum natiónum : verum étiam Judeórum. Omnes enim peccavérunt : et egent glória Dei. Asina quippe que subjugális fuit et Edomíta, synagógam que jugum legis tráxerat : pullus ásine lascívus et liber, pópulum natiónum signíficat. Super quem nullus adhuc hóminum sedit : quia nemo rationabílium doctórum, frenum correctiónis, quod vel linguam cohíberet a malo, vel in artam vite viam ire cógeret, nemo induménta salútis quibus spirituáliter calefíeret : pópulo gentílium utília suadéndo contúlerat. Sedéret namque super illum homo : si áliquis ratióne utens, ejus stultíciam depriméndo corrígeret. Tu autem Dómine.

AS:13; 1519:13r; 1531:5r.[259]

8. Resp. III.



EC-ce virgo * concí-pi- et et pá-ri- et fí-li- um, 6620.



di- cit Dómi- nus. †Et vo-cá-bi-tur nomen e-jus



Admi-rá- bi- lis De- us for- tis. ℣. Su-per só- li- 6620b.



um Da-vid et su-per regnum e- jus se-dé-bit in



e- tér- num. †Et vo-cá-bi-tur.

*Lectio ix.*

ET si quis vobis áliquid díxerit : dícite quia Dóminus hiis opus habet : et conféstim dimíttet eos. In Luca scriptum est, quia dixérunt dómini ejus ad illos, Quid sólvitis pullum ? Et apérte satis. Multos quippe habébat dóminos : qui non uni dogmáti et superstitióni déditus, sed pro líbito immundórum spiritu-um, ad vários diversósque miser aptabátur erróres : ad simulácra muta prout ducebátur incédens. Hoc autem totum factum est, ut implerétur quod dictum est per Prophétam dicéntem, Dícite fílie Syon. Ecce rex tuus venit tibi mansuétus : sedens super ásinam et pullum fílium subjugális. Hoc in Zacharía scriptum est. Fíliam Syon hystoriáliter Hierúsalem totam : vel Syon que in arcem pósita erat dicit. Spirituáliter vero sanctam ecclésiam signíficat ad quam

Christus veníre dignátus est. Quod dixit Rex tuus, ac si dicat, Non extráneus non alienígena : sed próprius. Mansuétus : id est non ferox et immítis ut céteri. Ipse enim de se ait, Díscite a me : quia mitis sum et húmilis corde. [Tu autem Dómine.]

AS:13; 1519:13r; 1531:5r.[260]

7068. 9. Resp. II.




7068b.

℣. Glória Patri. 93*. †Et.

*Non dicatur* Te Deum. *per totum adventum de quocunque fit servitium sed ix. Responsorium reincipiatur. Et hoc fiat in dominicis* [*diebus*][261] *et in festis ix. lectionum tantum. Non dicatur etiam per totum annum* Te Deum. *in vigiliis, nec in quatuor temporibus nisi in vigilia epiphanie quando in dominica contigerit, et preterquam in iiij. temporibus ebdomade penthecostes.*

*Hec responsoria que sequuntur dicuntur ferialia quia in feriis per ebdomadam dicantur : ut postea docebitur.*

℟. Obsécro Dómine.[262] ℣. A solis ortu. 113.
℟. Aliéni. ℣. Ego véniam. †Nam. ℣. Glória. ‡Et colles. 114.

## [*Ante laudes.*]

*Finito ultimo responsorio dicat sacerdos loco nec habitu mutato hunc versum ante laudes* [*in choro stando*][263] [*modesta voce*].[264]

AS:13; 1519:13v; 1531:5r; US-II:218.

 8051.

E - mítte agnum Dómi-ne domi-na-tó-rem terre.



℟. De petra de-sérti ad montem fí-li- e Sy-on.

[*Iste versus dicitur ante laudes tam in dominicis quam in feriis per totum adventum, usque ad vigiliam nativitatis Domini quando de temporali agitur.*][265]

## ℂ *In laudibus.*

[*Deinde*][266] *sacerdos dicat* [*hoc modo*].[267]

1519:14r; 1531:5r.[268]

800093. 

D E-us in adju-tó-ri- um me- um inténde. ℟. Dómi-ne



ad adju-vándum me festí-na. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o. *&c.*
*ut supra.* 6.

AS:13; 1519:14r; 1531:5r.

1. Ant. VIII.i.

3244. 

I N il-la di- e * stil-lá-bunt montes dulcé-di-nem : et



colles flu- ent lac et mel al-le-lú-ya. *Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].[269]

AS:13; 1519:14r; 1531:5r.

3509. 2. Ant. VIII.i.



JO-cundá- re * fí- li- a Sy- on : ex-últa sa- tis



fí-li- a Hie-rú-sa-lem al-le-lú-ya. *Ps.* Jubiláte Deo omnis terra. (*xcix.*) [46].

AS:13; 1519:14r; 1531:5r.

3. Ant. V.i.

 2509.

EC-ce Dómi-nus vé-ni- et * et omnes sancti e-jus



cum e-o : et e-rit in di- e il-la lux magna al-le-lú-ya.



*Ps.* Deus Deus meus. (*lxij.*) [47].

*et ps.* Deus misereátur. (*lxvj.*) [47]. [*sub uno tono et*][270] *sub uno* Glória Patri. *dicantur : quod etiam per totum annum observetur quando* Glória Patri. *dicitur.*

AS:13; 1519:14v; 1531:5r.[271]

4. Ant.
VII.ii.

 4133.

OMnes * si-ti- én-tes ve-ní-te ad aquas : qué- ri-



te Dómi-num dum inve-ní-ri po-test al-le-lú-ya.



*Ps.* Benedícite. (*Dan. iij.*) [48].

*Et dicatur sine* Glória Patri. *per totum annum, quandocunque dicitur* [*in laudibus*].[272]

AS:13; 1519:14v; 1531:5r.[273]

5. Ant.
IV.v.

2552. 

EC- ce vé-ni- et * prophé-ta magnus : et ipse reno-



vá-bit Hie-rú-sa-lem al-le- lú-ya. *Ps.* Laudáte Dominum de celis. (*cxlviij.*) [49].

*et ps.* Cantáte. (*cxlix.*) [50].

[*5v.*] *et ps.* Laudáte Dóminum in sanctis. (*cl.*) [50]. [*sub uno tono et*][274] *sub uno* Glória Patri. *dicantur in laudibus per totum annum quando* Glória Patri. *dicitur.*

*Hi psalmi predicti dicantur in laudibus omnibus dominicis per annum preterquam a lxx. usque ad passionem tantum. Dicantur etiam in omnibus festis sanctorum tam trium quam ix. lectionum per totum annum et non in feriis nisi in tempore paschali.*[275]

*Capitulum. Rom.* 13. [11.]

HOra est jam nos de somno súrgere : nunc enim[276] própior est nostra salus : quam cum credídimus. *Chorus respondeat.* Deo grátias.

AS:13, pl.d.; 1519:14v; HS:3v; 1531:5v.[277]

8413. Hymn. II.





Non pro re- á-tu pú-ni- at, Sed pi- us nos tunc pró-te-gat.



5. Laus honor virtus gló-ri- a De-o Pa-tri et Fí-li- o : Sanc-



to simul Pa-rá-cli-to In sempi-térna sé-cu-la. Amen.

℣. Vox clamántis in desérto. 8246.

℟. Paráte viam Dómini : rectas fácite sémitas Dei nostri.

*Iste versus et ceteri versiculi predicti scilicet de nocturnis : dicantur per totum adventum suis locis quando de temporali agitur.*

AS:14; 1519:15r; 1531:5v.

5006. Ant. VIII.i.



SPi- ri- tussánctus * in te descéndet Ma-rí- a : ne tí-



me- as ha-bens in ú-te-ro Fí-li- um De- i al-le-lú-ya.



*Ps.* Benedíctus. 68*.

*Oratio.* Excita quésumus Dómine poténtiam. *ut supra.* 14.

## *Memoria de sancta Maria.*

AS:14, 34, 420, pl. k.; 1519:15r; 1531:5v.[278]

3794. Ant. VIII.i.




8044. ℣. Egrediétur virga [de radíce Jesse.

℟. Et flos de radíce ejus ascéndet].

*Oratio.* Deus, qui de beáte Maríe. 20.

*Hec Antiphona dicatur ad memoriam de sancta Maria ad matutinas in festo ix. lectionum per adventum et in commemoratione.*

*Deinde* [*per totum annum*][279] *dicantur matutine de sancta Maria sine nota statim post vesperas et matutinas de die : quando in choro dicuntur.*

¶ *In adventu quando*[280] *aliquod festum ix. lectionum in sabbato contigerit : ibi celebretur, et secunde vespere erunt de dominica et solennis memoria de festo : nisi duplex festum fuerit : tunc enim erunt vespere de festo et solennis memoria de dominica sequenti*[281] *: nisi in primo sabbato adventus Domini : tunc vespere erunt de dominica quodcunque festum fuerit.*

*Si vero aliquod festum ix. lectionum in aliqua dominica per adventum contigerit semper differatur in crastinum : licet duplex festum fuerit. Et quando*[282] *differtur in crastinum vel in eadem feria festum contigerit : tunc enim in dominica erunt vespere de festo : et solennis memoria de dominica que precedet memoriam de sancta Maria.*

¶ *Et sciendum est quod de quocunque festo fit servitium infra adventum : semper fit solennis memoria de adventu et de sancta Maria. De festis autem iij. lectionum in adventu* [*contigentibus*][283] *nichil fiat nisi de octavis sancti Andree* [*apostoli*][284] *: nec etiam memoria fiat secundum usum Sarum.*

¶ *Notandum est si festum sancti Andree in dominica prima adventus Domini contigerit, semper differatur [festum usque]*[285] *in crastinum, licet ecclesia dedicata fuerit in honore sancti Andree. Residuum istius rubrice scilicet sancti Andree require in festo ejusdem.*

# [*In adventu ad horas de beata Maria.*]

## [*Ad matutinas.*]

◖ *Ad matutinas de sancta Maria per totum adventum quando non fit plenum servitium de ea hoc modo fiat servitium.*

1041. *Invitatorium.* Ave María * grátia plena [†][286] Dóminus tecum.

*Ps.* Veníte. [2].

*Et dicetur in secunda forma ab aliquo clerico ex parte chori : quod per totum annum observetur quando non fit plenum servitium de ea.*

*Hymnus.* Quem terra. {410}.

## ◖ *Dominica et ij. feria.*

1709. *Ant.* Benedícta tu * in muliéribus et benedíctus fructus ventris tui.

*Ps.* Dómine Dóminus noster. (*viij.*) [17].

*Ps.* Celi enárrant. (*xviij.*) [34].

*Ps.* Dómini est terra. (*xxiij.*) [93].

8201. ℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.

℟. Inténde próspere procéde et regna.

## ◖ *Feria iij.*

4987. *Ant.* Spécie tua * et pulchritúdine tua : inténde próspere procéde et regna.

*Ps.* Eructávit. (*xliv.*) [206].

*Ps.* Deus noster refúgium. (*xlv.*) [207].

*Ps.* Fundaménta. (*lxxxvj.*) [270].

8014. ℣. Diffúsa [est grátia in lábiis tuis.

℟. Proptérea benedíxit te Deus in etérnum].[287]

## ◖ *Feria iiij.*

2924. *Ant.* Gaude María virgo : * cunctas héreses sola interemísti in univérso mundo.

*Ps.* Cantáte. *j.* (*xcv.*) [28].

*Ps.* Dóminus regnávit exúltet. (*xcvj.*) [278].

*Ps.* Cantáte. *ij.* (*xcvij.*) [289].

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua. [℟. Inténde próspere.][288] 71.

## ℂ [*Feria v. vj. et sabbato.*]

*Feria v. vj. et sabbato, quando non fit plenum servitium de sancta Maria : idem ordo antiphonarum et psalmorum et versiculorum servetur qui in precedentibus feriis.*

ℂ *Sciendum est autem*[289] *quod quando servitium de sancta Maria propter aliquod festum* [*duplex*][290] *pretermittitur de*[291] *choro, nichilominus ordo ferialis*[292] *in antiphonis, psalmis, et versibus servabitur in sequentibus feriis in conventu quod per totum annum generaliter observetur. Nam quotidie per totum annum sive in choro sive extra chorum* [*6r.*] *vespere et matutine de sancta Maria dicantur* [*nisi in die nativitatis Domini et in circumcisionis, et in vigilia epyphanie, et in festo omnium sanctorum*].[293] *Quod per totum annum generaliter observetur. Omnes lectiones in secunda forma legantur, versus quoque responsoriorum ab eisdem lectoribus dicantur, ita tamen quod prima et iij. lectiones ex una parte chori legantur et secunda ex altera parte chori : quod per totum annum observetur in quotidianis matutinis.*

[*Ad matutinas*][294] *De sancta Maria. Lectio j. Esaie.* xi. [1-2.]

EGrediétur virga de radíce Jesse, et flos de radíce ejus ascéndet : et requiéscet super eum Spíritus Dómini, spíritus sapiéntie et intelléctus : spíritus consílii et fortitúdinis, spíritus sciéntie et pietátis : et replébit eum spíritus timóris Dómini.

*Que terminetur sic,* Hec dicit. *Similiter ij. et tertia lectiones.*

℟. Missus est Gábriel. *ut supra iij.* 50.

*Lectio ij.* [*Esaie.* xi. 3–5.]

NOn secúndum visiónem oculórum judicábit, neque secúndum audítum áurium árguet : sed judicábit in justícia páuperes, et árguet in equitáte pro mansuétis terre. Et percútiet terram virga oris sui, et spíritu labiórum suórum interfíciet ímpium : et erit justícia cíngulum lumbórum ejus, et fides cinctórium renum ejus. Hec dicit.

℟. Ave María. *ut supra iiij.* 53.

*Lectio iij. Esaie.* 7. [10–15.]

LOcútus est Dóminus ad Achaz dicens, Pete tibi signum a Dómino Deo tuo in profúndum inférni : sive in excélsum supra. Et dixit Achaz, Non petam : et non tentábo Dóminum. Et dixit, Audíte ergo domus David. Nunquid parum vobis est moléstos esse homínibus quia moléstí estis et Deo meo ? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce virgo concípiet et páriet fílium : et vocábitur nomen ejus Emánuel. Butírum et mel cómedet : ut sciat reprobáre malum : et elígere bonum. [Hec dicit.][295]

℟. Súscipe verbum. *ut supra v.* 55.

*Et dicantur iste lectiones cum predictis Responsoriis de sancta Maria quotidie per adventum, nisi quando dicitur*[296] *plenum servitium de sancta Maria.*[297]

*Non dicatur* Te Deum. *per totum adventum.*

## *Ante laudes.*

800385. ℣. Sancta Dei génitrix [virgo semper María.

℟. Intercéde pro nobis ad Dóminum Deum nostrum].[298]

*Iste versiculus dicatur ante laudes per totum annum quando non fit plenum servitium de sancta Maria.*

## [*In laudibus.*]

4392. *In laudibus hec sola antiphona.* Prophéte predicavérunt * nasci salvatórem de vírgine María.

*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) *et ceteri psalmi consueti.* [45].

*Capitulum.* Ecce virgo concípiet. 22.

*Hymnus.* O gloriósa fémina. [*ex sanctorali.*][299] {431}.

8046. ℣. Elégit eam Deus [et preelégit eam.

℟. Habitáre eam fecit in tabernáculo suo].[300]

5006. *Ant.* Spíritus Sanctus * in te descéndet María, ne tímeas habens in útero Fílium Dei allelúya.

*Ps.* Benedíctus. [59].

*Oratio.* Concéde nos. 22. *Que terminetur sic.* Per Christum Dóminum nostrum. *sicut ad vesperas supra dictum est.*

*Et fiat memoria de Sancto Spiritu, et de sanctis ecclesie,*[301] *et de reliquiis et de omnibus sanctis et de pace : ut supra* [*dictum est*][302] *ad vesperas.* 23.

ℭ *Quotidie per totum annum dicuntur vespere et matutine de sancta Maria in choro : nisi in festis duplicibus et nisi in vigilia natalis Domini : et ab hinc usque ad octavam sancti Stephani, et nisi in vigilia epiphanie : et a cena Domini usque in crastinum octavarum pasche et per ebdomadam penthecostes et per octavam dedicationis ecclesie. Et nisi quando fit memoria de sancta Maria ad vesperas de die cum antiphona* Sub tuam.

*Cetere vere hore scilicet prima, tertia, sexta, et nona, et etiam completorium non dicuntur in choro.*

*Quandocumque enim dicuntur matutine de sancta Maria ferialiter in choro : tunc dicuntur hore ejusdem, videlicet prima, iij. vj. et ix. ante inchoationem misse beate Marie : in capella ejusdem ab executore illius misse cum aliis vicariis qui ibidem tenentur interesse* [ *: et ante quemlibet horam dicatur* Ave Maria. [I.] *sub silentio cum genuflectione*].[303]

[*Completorium ejusdem semper extra chorum dicitur.*] [304]

## [*Ad primam.*]

*Ad primam et ad omnes alias horas per totum annum quando non fit plenum servitium de sancta Maria, dicitur hic hymnus*[305] [*hoc modo sic*].[306]

Meménto salútis auctor, 8277b.
[Quod nostri quondam córporis :
Ex illibáta vírgine
Nascéndo formam súmpseris.][307]
María plena grátie,
[Mater misericórdie :
Tu nos ab hoste prótege,
In hora mortis súscipe.][308]
Gloria tibi Dómine
[Qui natus es de Vírgine. *&c.*][309]
[Cum Patre et Sancto Spíritu,
In sempitérne sécula. Amen.][310]

*Ant.* Prophéte predicavérunt. 73.
*Psalmi.* Deus in nómine. (*liij.*) [95].
Laudáte Dóminum omnes gentes. (*cxvj.*) [320].
Confitémini [Dómino. *Proximus sequens.*][311] (*cxvij.*) [95].

*Capitulum.* *Esaie.* 11. [1, 2.]

EGrediétur virga de radíce Jesse, et flos de radíce ejus ascéndet : et requiéscet super eum Spíritus Dómini. [℟.] Deo grátias.

6155. ℟. Ave María grátia plena. †Dóminus tecum. *Iterum* [*reiteratur*][312] Ave María.
℣. Benedícta tu in muliéribus et benedíctus fructus ventris tui.
†Dóminus tecum. [℣.] Glória. Ave María.
*Hic ordo servetur in Responsoriis dicendis ad omnes horas.*

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. 71.

*Oratio.* Deus qui de beáte Maríe. 20. *que terminetur sic ad omnes horas, preterquam ad nonam,* Per eúndem Christum Dóminum nostrum. [℟.] Amen. s*ine* Dóminus vobíscum [*in fine orationis*].[313] *Et finietur cum* [℣.] Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias. *Ad ix.* [*vero*][314] *sic concluditur in fine.* Per eúndem [*6v.*] Dóminum nostrum Jesum Christum fílium tuum, *&c.* [Per ómnia sécula seculórum. Amen.][315] Dóminus vobíscum. *cum* Benedicámus Dómino.

## *Ad iij.*

3794. *Ant.* Missus est Gábriel * ángelus ad Maríam vírginem desponsátam Joseph.
*Psalmi.* Ad Dóminum cum tribulárer. (*cxix.*) [321].
Levávi óculos. (*cxx.*) [322].
Letátus sum in. (*cxxj.*) [325].

*Capitulum.* *Esaie.* 11. [3, 4.]

NOn secúndum visiónem oculórum judicábit, neque secúndum audítum áurium árguet : sed judicábit in justítia páuperes, et árguet in equitáte pro mansuétis terre.

6445. ℟. Diffúsa est grátia. [†In lábiis tuis].
℣. Proptérea benedíxit [te Deus in etérnum].

†In lábiis.[316] ℣. Glória. Diffúsa est.
℣. Spécie tua. [℟. Inténde.][317] 71.
*Oratio ut supra.* [Deus qui.] 20.

## ℭ *Ad vj.*

*Ant.* Angelus Dómini * nunciávit Maríe et concépit de Spíritu Sancto allelúya. 1414.
*Psalmi.* Ad te levávi. (*cxxij.*) [326].
Nisi quia Dóminus. (*cxxiij.*) [326].
Qui confídunt. (*cxxiv.*) [327].

*Capitulum.* *Esaie.* 11. [4, 5.]

ET percútiet terram virga oris sui : et spíritu labiórum suórum interfíciet ímpium : et erit justítia cíngulum lumbórum ejus, et fides cinctórium renum ejus.

℟. Spécie tua. [†Et pulchritúdine tua]. 7679.
℣. Inténde[, próspere, procéde, et regna].
†Et pulchritúdine. [℣. Glória Patri. Spécie tua.]

℣. Adjuvábit [eam Deus vultu suo. 7934.
℟. Deus in médio ejus : non commovébitur.

*Oratio.* Deus qui.] 20.

## ℭ *Ad ix.*

*Ant.* Ave María * grátia plena Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus allelúya. 1539.
*Ps.* In converténdo. (*cxxv.*) [328].
*Ps.* Nisi Dóminus. (*cxxvj.*) [331].
*Ps.* Beáti omnes. (*cxxvij.*) [332].
*Hi psalmi predicti dicantur super*[318] *horas beate Marie*[319] *per totum annum : quando non fit plenum servitium de ea.*

*Capitulum.* [*Esaie.* 7. 10–12.]

LOcútus est Dóminus ad Achaz dicens, Pete tibi signum a Dómino Deo tuo : in profúndum inférni sive in excélsum supra, et dixit Achaz : Non petam, et non tentábo Dóminum.

6042. ℟. Adjuvábit eam. [†Deus vultu suo.]
℣. Deus in médio [ejus : non commovébitur.]
†Deus vultu [suo. ℣. Glória. Adjuvábit.]

8046. ℣. Elégit eam [Deus et preelégit eam.
℟. Habitáre [eam] fecit][320] [in tabernáculo suo].

[*Oratio.* Deus qui. 20.]

*Iste hore dicantur supradicto modo quotidie per totum adventum quando non fit plenum servitium de sancta Maria.*

[*Hec antiphona* Salve regína. *dicitur coram altare cum genuflexione : et post antiphonam dicitur versus* Ave María. *Oratio.* Omnípotens sempitérne Deus qui gloriόse. *&c.* Per eúndem Christum Dóminum.][321]

## ℂ *Ad j. de adventu Domini.*

[*Dominicis diebus per adventum Domini ad primam dicitur hic cantus super hunc hymnum.*][322]

1531:6v; 1519-P:28v; HS:71v; 1531:6v; 1531-P:7v.[323]

Hymn. II.

 8328.

JAm lu-cis orto sý-de-re, * De-um pre-cémur súppli-



ces : Ut in di-úrnis ácti-bus, Nos servet a no-cénti-bus.



2. Linguam refré-nans témpe-ret, Ne li-tis horror ínsonet :



Vi-sum fo-véndo cónte-gat, Ne va-ni-tá-tes háuri-at.



3. Sint pu-ra cordis íntima, Absístat et ve-córdi-a :



Carnis te-rat su-pérbi-am, Po-tus ci-bíque párci-tas.



4. Ut cum di-es abscésse-rit, Noctémque sol re-dú-xe-rit :




*Ant.* In illa die. 64.

*Ps.* Deus Deus meus réspice. (*xxj.*) [91].

*Ps.* Dóminus regit. Glória Patri. (*xxij.*) [93].

*Ps.* Dómini est terra. (*xxiij.*) [93].

*Ps.* Ad te Dómine levávi. Glória Patri. (*xxiiij.*) [93].

*Ps.* Júdica me. (*xxv.*) [96].

*Ps.* Deus in nómine. Glória Patri. (*liij.*) [95].

*Ps.* Confitémini. *iiij.* (*cxvij.*) [95].

*Ps.* Beáti immaculáti. Glória Patri. (*cxviij. j.*) [96].

*Ps.* Retríbue. Glória. (*cxviij. ij.*) [97].

*Hi predicti psalmi ad j. dicantur supradicto modo omnibus dominicis diebus per totum adventum* [*nisi in vigilia natalis Domini quando dominica evenerit : tunc dicitur ps.* Deus in nómine. (*liij.*) *ps.* Beáti immaculáti. (*cxviij. j.*) *et ceteri psalmi qui sequuntur. Dicantur eciam*],[324] *et a* Dómine ne in ira. *usque ad pascha*[325] *et a* Deus ómnium. *usque ad adventum* [*Domini*][326] *quando de dominica agitur : ita tamen quod a lxx. usque ad pascha*[327] *dicatur ps.* Dóminus regnávit. [276]. *loco psalmi* Confitémini.[328]

*Quandocumque* [*enim*][329] *dicitur ps.* Deus, Deus meus réspice *cum reliquis psalmis ad primam, dicitur super hunc ps.* Quicúnque vult *hec antiphona,* Te Deum Patrem. [99]. [*et cetera omnia ut in psalterio plenus notatur*].[330]

*In ceteris autem dominicis diebus simplicibus totius anni, et in omnibus festis*

*semiduplicibus tam ix. lectionum quam iij. cum regimine chori et in octavis et infra octavas quando chorus regitur, et in commemoratione beate Marie et festis loci : nisi in his festis que contingunt infra octavam sancte Trinitatis dicitur hec antiphona* Te jure laudant. [99]. *super psalmum* Quicúnque.

*In omnibus festis duplicibus per annum extra ebdomadam pasche et extra ebdomadam sancte Trinitatis dicitur hac antiphona* Grátias tibi Deus. [99]. *super psalmum* Quicúnque.

*In omnibus feriis quando de feria agitur per totum annum : et in festis iij. lectionum sine regimine chori et in octavis et infra octavas in quibus chorus non regitur : et in vigiliis et in quattuor temporibus extra ebdomadam penthecostes et ebdomadam sancte Trinitatis dicitur hec Antiphona,* Glória tibi Trínitas. [100]. *super psalmum* Quicúnque.

*Capitulum.* Regi seculórum immortáli [104].

*Require capitulum, regulas*[331] *et preces post ps.* Quicúnque. *in psalterio, ut ibi notatum est.* [104].

## ℂ *Ad iij.*

*Hymnus.* Nunc sancte nobis. *ut in psalterio.* [127].

*Ant.* Jocundáre. 65.

*Ps.* Legem pone. (*cxviij. iij.*) &c. [132].

*Capitulum.* Hora est jam nos de. 66.

*Clericus dicat Responsorium.*[332]

AS:15; 1519:16v; US-II:lxxix; 1531:6v; 1531-P:12r.[333]

Resp. IV.




7823.

*Chorus idem repetat.*

*Clericus dicat versum.*

7823a. 

℣. Et osténde fá-ci- em tu- am : et sal-vi é-rimus.

*Chorus.* †Dómine Deus virtútum.

*Clericus.*



℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

*Chorus.* Veni ad liberándum.

*Clericus dicat versum.*

AS:15; 1519:16v; 1531:6v; 1531-P:12v.

8221. 

℣. Timé-bunt gentes nomen tu- um Dómi-ne.

*Chorus respondeat sub eodem tono.*



℟. Et omnes re-ges terre gló-ri- am tu- am.

*Hic ordo servetur in omnibus Responsoriis cum suis versibus super horas dicendas, per*
[7r.] *totum annum extra xl. preterquam in dominicis lxx. et lx. et l.*[334]

*Deinde dicat sacerdos orationem cum* Dóminus vobíscum. [*et cum*] [335] Orémus. Excita quésumus Dómine. 14. [*sub eodem tono quo ad completorium supra dictum est oratio.*][336]

*Hec oratio dicatur* [*ad matutinas et*] [337] *omnes horas hujus diei, et etiam totius ebdomade quando de temporali agitur. Hoc autem per totum annum generaliter observetur : sive de temporali sive de aliquo sancto fiat servitium quod semper oratio que dicitur ad matutinas dicitur ad iij. vj. et nonam et ad secundas vesperas preterquam in quarta* [*et*] [338] *sexta feria et sabbato iiij. temporum adventus Domini, et in vj. die a nativitate Domini : et* [*nisi*][339] *in ij. feria in rogationibus, et nisi in*[340] *quarta feria in*

*capite jejunii usque ad octavam pasche. Nam tunc ad vesperas semper variantur orationes : nisi in dominicis quadragesime. Similiter fiat in festo dedicationis ecclesie et in octava die ejusdem ad ij. vesperas.*

## ℭ *Ad vj.*

*Hymnus.* Rector potens. *ut in psalterio.* [137].
*Ant.* Ecce Dóminus. 65.
*Psalmi* Defécit. (*cxviij. vj.*) [141].
Quómodo. (*cxviij. vij.*) [142].
Iníquos. (*cxviij. viij.*) [142].

*Capitulum. Roma.* 13. [12.]

NOx precéssit dies autem appropinquábit : abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis. [℟.] [Deo grátias.] [341]

1519:16v; 1531:7r; 1531-P:13r.[342]

Resp. IV.



O S-ténde no-bis Dómi-ne. †Mi-se-ri-córdi- am 7343.



tu- am. *ij.* ℣. Et sa-lu-tá-re tu- um da no-bis. †Mi-se-ri-cór- 7343a.



di- am. ℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.



Osténde.

℣. Meménto nostri Dómine in beneplácito pópuli tui. 800554.
℟. Vísita nos in salutári tuo.

[*Oratio.* Excita quésumus Dómine. 14.]

## ℂ *Ad ix.*

*Hymnus.* Rerum Deus. *ut in psalterio notatur.* [147].
[*Ant.* Ecce véniet.][343] 66.
*Psalmi* Mirabília testimónia. (*cxviij. ix.*) [150].
Clamávi. (*cxviij. x.*) [151].
Príncipes. (*cxviij. xi.*) [151].

*Capitulum. Roma.* 13. [13, 14.]

Sicut in die honéste ambulémus, non in comessatiónibus et ebrietátibus, non in cubílibus et impudicítiis, non in contentióne et emulatióne : sed induímini Dóminum Jesum Christum.

1519:17r; 1531:7r; 1531-P:13v.[344]

7728. 7728a.




8023. ℣. Dómine Deus virtútum convérte nos.
℟. Et osténde [fáciem tuam et salvi érimus].[345]

## [*Post missam, ante prandium.*]

*Omni die per annum excepta die parasceve, post missam in ultimo recessu ante prandium in statione puerorum dicitur ps.* De profúndis. [340]. *pro omnibus fidelibus defunctis sine nota et sine* Glória Patri. *cum* Kyrie eléyson. Christe eléyson. Kyrie eléyson. Pater noster. [1].

[℣.] Et ne nos [indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. ] Réquiem etérnam [dona eis Dómine. 8183.

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

℣.] A porta ínferi. 7923.

[℟. Erue Dómine ánimas eórum.

℣.] Credo vidére [bona Dómini. 8000.

℟. In terra vivéntium].

*Non dicitur* Requiéscant in pace. *ante orationem pro mortuis secundum usum Sarum : sed post orationem loco* Benedicámus Dómino. [*nunquam enim dicitur* Benedicamus. *ante orationem de sanctis : neque* Requiescant in pace. *ante orationem pro mortuis : sed dicitur* Benedicamus. *post orationem de sanctis*][346] *dicitur.*

[℣.] Dóminus vobíscum. 800121.

[℟. Et cum spíritu tuo.

℣.] Orémus.

[*Oratio.*]

ABsólve quésumus Dómine ánimas famulórum tuórum pontíficum, regum,[347] sacerdótum, paréntum,[348] benefactórum nostrórum, et ómnium fidélium defunctórum, ab omni vínculo delictórum : ut in resurrectiónis glória, inter sanctos et eléctos tuos resuscitáti[349] respírent. Per Christum Dóminum nostrum. [℟.] Amen.

[℣.] Requiéscant in pace. 800378.

[℟.] Amen.

## ℂ *Ad ij. vesperas.*

AS:109; 1519-P:139v, 140r; 1531:7r; 1531-P:38r.

4853. 1. Ant. I.v.




E-de a dextris * me- is : dix-it Dómi-nus Dómi-



no me-o. *Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311].

AS:109; 1519-P:140r, 140v; 1531:7r; 1531-P:38r.

2865. 2. Ant. IV.iv.




I-dé-li- a * ómni- a mandá-ta e-jus : confirmá- ta



in sé-cu-lum sé-cu-li. *Ps.* Confitébor. (*cx.*) [312].

AS:109; 1519-P:140v, 141r; 1531:7r; 1531-P:38r.

3251. 3. Ant. IV.vi.




N mandá-tis * e-jus vo-let nimis.



*Ps.* Beátus vir. (*cxj.*) [313].

AS:109; 1519-P:141r, 141v; 1531:7r; 1531-P:38r.[350]

4. Ant. VII.ii.



S It nomen Domi-ni * be-ne-díctum in sé-cu-la. 4971.



*Ps.* Laudáte púeri. (*cxij.*) [313].

AS:109; 1519-P:141v, 144r; 1531:7r; 1531-P:38v.[351]

5. Ant. T. Per.



N Os qui ví-vimus * be-ne-dí-cimus Dómi-no. 3960.



*Ps.* In éxitu. (*cxiij.*) 69*.

[*Finito psalmo predicto modo reincipiatur antiphona a cantore et percantetur a choro cum neupma.*][352]

*He predicte antiphone cum suis psalmis dicantur omnibus dominicis per adventum. Et a* Dómine ne in ira. *usque ad dominicam in ramis palmarum, et in ipsa dominica. Et a* Deus ómnium. *usque ad adventum Domini quando de dominica agitur.*

*Capitulum.* Hora est. 66.

[*Quidam*][353] *clericus de secunda forma* [*solus*][354] *incipiat* [*loco nec habitu mutato*][355] *hoc Responsorium.*

AS:16; 1519:17r; 1531:7r.[356]

7790. Resp. IV.



T U ex-úrgens Dómi-ne.

*et percantetur a choro.*



†Mi-se-ré-be- ris Sy- on.

*Clericus.*



7790a. ℣. Qui- a tempus mi-se-réndi e-jus qui- a ve-nit tempus.

*Chorus.* †Miseréberis Syon.

*Clericus.*



℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.

*Chorus.* Tu exúrgens Dómine miseréberis Syon.

*Hoc Responsorium dicatur quotidie ad vesperas per totum adventum supradicto modo usque ad* O Sapiéntia. *quando de temporali agitur, preterquam in sabbatis [et in festis sanctorum]*[357] *: ita quod in feriis dicitur ab uno solo puero in prima forma, loco nec habitu mutato : sicut in dominicis ab uno clerico de secunda forma [juxta voluntatem regentis chorum dicitur. Quod observetur omni die dominica per annum ad secundas vesperas quando de temporali agitur, et quando ad vesperas habetur Responsorium excepta die dominica in ramis palmarum, tunc dicetur ad ij. vesperas Responsorium in superiori gradu ab uno solo clerico].*[358]

*Hymnus.* Cónditor alme sýderum. 11.

℣. Roráte celi de super. 12.

AS:16; 1519:17v; 1531:7r.

Ant. VIII.i.

 3863.

NE tíme- as * Ma- rí- a : inve-ní-sti grá- ti- am



a-pud Dómi-num : ecce concí-pi- es et pá-ri- es Fí-li- um



al-le-lú-ya. *Ps.* Magníficat. 69*.

*Oratio.* Excita, quésumus Dómine. 14.

## *Memoria de sancta Maria.*

AS:16; 1519:17v; 1531:7r.[359]

Ant. VIII.i.

 1565.

B E- á-ta es * Ma- rí- a que cre-di-dís-ti : perfi-ci-



éntur in te que dicta sunt ti-bi a Dómi-no al-le-lú-ya.

℣. Egrediétur virga de radíce Jesse.[360] 8044.
[℟. Et flos de radíce ejus ascéndet.]

*Oratio.* Deus qui de beáte Maríe. 20.

*Hic ordo memoriarum de sancta Maria ad j. vesperas et ad matutinas et ad ij. vesperas hujus dominice servetur per totum adventum in dominicis et in festis ix. lectionum. Etiam in commemoratione festi loci ad matutinas et ad primas vesperas tantum ubi ecclesia non est de sancta Maria : nisi quando antiphona* Beáta es María. *super ps.* Magníficat. *dicitur tunc ad memoriam de sancta Maria dicetur antiphona* Ne tímeas [*7v.*]
María invenísti grátiam. 87. *si a festo cum regimine chori vacaverit in crastino ta ntum vel nisi quando ant.* O Sapiéntia. *in die dominica incipienda sit : tunc enim dicetur Antiphona* Ave María. 19. *in utrisque vesperis ipsius dominice ad*

*memoriam de sancta Maria.*

*Deinde dicantur vespere de sancta Maria supradicto modo : et postea dicantur vigilie mortuorum scilicet* Placébo. *et.*[361] Dírige. *usque ad laudes tantum et cetera* [437]. [*et hoc statim post vesperas de sancta Maria ante completorium de die.*][362]

# [*Rubrica de officio mortuorum.*][363]

*Dicantur autem vigilie mortuorum quotidie cum missa in crastino in capitulo nisi in primis vesperis festorum ix. lectionum usque ad vigiliam nativitatis Domini* [*nisi in festis ix. lectionum et in comemorationibus*][364] *: et a crastino octavarum epyphanie usque ad iij. feriam ante pascha : et in ipsa tertia feria fiunt vigilie mortuorum cum ix. lectionibus in conventu et cum missa* [*mortuorum*][365] *in crastino : nisi aliquod festum duplex impediat, vel in ipsa iiij. feria contigerit : et tunc fiat predictum servitium in aliqua die precedenti ipsius ebdomade que ad hoc vacaverit : videlicet in dominica vel in ij. feria, et sic compleatur servitium mortuorum usque ad octavam pasche nisi corpus presens forte contigerit. Post octavas vero pasche non fit servitium mortuorum in conventu : nisi corpus presens affuerit vel dies anniversarius vel dies tricennalis*[366] [*forte*][367] *contigerit : usque in crastinum sancte Trinitatis. In crastino autem sancte Trinitatis et ab hinc fiant quotidie vigilie mortuorum usque ad adventum Domini : nisi per octavas et in octavis Corporis Christi, visitationis, assumptionis, nativitatis beate Marie, dedicationis ecclesie et Nominis Jesu.*[368]

*Canonico enim*[369] *defuncto : statutum est triginta dierum in conventu obsequium fieri : et trigintale*[370] *separatim unumquemque* [*celebrare*][371] *presbyterorum* [*ad*][372] *reliquos vero cujuscunque ordinis sint separatim viginti psalteria cantare, et ab uno* [*presbytero*][373] *quoque in ebdomada sua privatim ejus anniversarium celebrari.*[374]

*Impediuntur autem debite vigilie mortuorum per totum annum per festa duplicia : in primis vesperis et secundis et in octava die epyphanie et aliarum octavarum quando dicitur hymnus* Salvátor mundi Dómine. [369]. *nisi corpus presens affuerit. In omnibus etiam aliis festis ix. lectionum et in festis iij. lectionum et in octavis in quibus chorus regitur, et in diebus dominicis in primis vesperis tantum,* [*et*][375] *similiter fiat in commemoratione beate Marie et festi*[376] *loci.*

*Fiant autem vigilie mortuorum cum ix. psalmis et ix. antiphonis et ix. lectionibus quandocunque corpus adest presens, vel quando dies anniversarius vel dies tricennalis contigerit*[377] *: nisi in tempore paschali. In paschali vero tempore, dicuntur tres psalmi et tres lectiones cum tribus antiphonis super psalmos ante lectiones qualiscunque nocturnus dicitur et omnes antiphone cum suis psalmis ad vesperas scilicet* Placébo. *et* [*omnes*][378] *antiphone super psalmos in laudibus dicantur.*

¶ *Et sciendum est quod quandocunque antiphona sequitur immediate ps.* Diléxi. *tunc non dicetur ultimus versus ejusdem psalmi, quia idem est cum antiphona* Placébo.

*Post octavas vero pasche in quacunque feria inchoetur officium mortuorum : incipiatur a primo nocturno et compleantur [duo]*[379] *sequentes nocturni in eadem ebdomada, si fieri potest, sive autem fieri possit sive non deinceps non servetur ordo nocturnorum sed feriarum in hoc tempore sicut in aliis temporibus observetur : ita tamen quod quandocunque fit servitium pro corpore presenti : cujuscunque fuerit et in anniversariis et tricennalibus episcoporum in predicto tempore, semper dicuntur antiphone, psalmi, versus, lectiones, et duo Responsoria de primo nocturno.*

℄ *Sciendum est autem quod in tempore paschali semper erit tertium Responsorium* Líbera me Dómine de morte etérna. [455]. *cum his tribus versibus scilicet* Dies illa. ℣. Quid ergo misérrimus. ℣. Nunc Christe te pétimus. *Et quandocunque dicitur hoc predictum Responsorium* Líbera me. *semper reincipiatur ab illis clericis qui versum Responsorii cantaverunt quandocunque corpus adest presens et in anniversariis et tricennalibus episcoporum et quattuor personarum principalium : scilicet Decani, Cantoris, Cancellarii et Thesaurarii : et in die animarum post ultimam reinceptionem* Dum véneris. [*In omnibus vero aliis vigiliis mortuorum quando hoc predictum Responsorium dicitur, repetatur a choro post ultimum versum.*][380]

℄ *In anniversariis [vero]*[381] *episcoporum et quandocunque corpus adest presens et in die animarum iij. vj. et ix. Responsoria debent repeti ab illis clericis qui versum Responsorii cantaverunt.*

℄ *In quotidianis obsequiis mortuorum videlicet quando corpus non est presens vel dies anniversarius vel tricennalis non habentur*[382] *: tunc fiunt vigilie mortuorum cum tribus*
[*8r.*] *lectionibus tantum : et ix. psalmis et una sola ant. super omnes psalmos ad vesperas que erit* Placébo. *et cum hac [sola]*[383] *ant. [scilicet]*[384] Dírige. *super omnes psalmos ante lectiones et tunc semper ante lectiones dicitur iste versus* Compláceat tibi Dómine ut éruas me. *Responsorium* Dómine ad adjuvándum me réspice. *Omnes lectiones in secunda forma legantur, versus quoque Responsoriorum ab eisdem lectoribus dicantur : ita quod prima et iij. lectiones ex parte chori legantur : et ij. lectio ex altera parte chori.*

℄ *Ad laudes vero hec sola ant. super psalmos dicitur* Exultábunt Dómino [ossa humiliáta]. [460]. *Et hec omnia sine nota*[385] *dicantur : statim post vesperas de die et de sancta Maria ante completorium de die.*

*In lectionibus vero legendis et Responsoriis dicendis ordo feriarum servetur : videlicet die dominica et feria iiij. lectiones et Responsoria de primo nocturno et ij. et v. feria lectiones et Responsoria de secundo nocturno et iij. et vj. feria lectiones et Responsoria de iij. nocturno ita tamen quod semper in iij. et vj. feria sit iij. Responsorium* Líbera me

Dómine de viis inférni. [458].

*In quotidianis obsequiis mortuorum cum ix. psalmis et iij.*[386] *lectionibus* [*tertium*][387] *Responsorium nunquam repetatur.*

*¶ Notandum vero quod quandocunque corpus adest presens vel dies anniversarius vel dies tricennalis contigerit : per totum annum dicitur commendatio animarum cum nota statim post primam ante missam capituli pro defunctis. Super psalmos antiphona* [*quod semper*][388] *a quodam clerico de superiori gradu incipiatur hoc modo.*

AS:585; 1519:18v; 1520-S:156r; 1531:8r; 1531-P:53v.

Ant. VII.ii.



R Equi- em e-térnam * do-na e- is Dómi-ne : et lux 4167.



perpé-tu- a lú-ce- at e- is. *Ps.* Beáti immaculáti. (*cxviij.*) [96].

*usque ad psalmum* Ad Dóminum cum tribulárer.[389]

*Finitis psalmis sine* Glória Patri. *tota antiphona repetatur.*

*Qua dicta sequatur* [*hoc modo*].[390]

AS:586; 1519:18v; 1520-S:156r; 1531:8r; 1531-P:53v.[391]



K Y-ri- e-léyson. ℟. Christe-léyson. ℣. Ky-ri- e- 9040.



léyson.

*Deinde dicitur* Pater noster. <*privatim*> *sine pronuntiatione* Et ne nos in. [1].

*Et postea dicitur ps.* Dómine probásti. (*cxxxviij.*) *sine nota.* [345].

*Finito psalmo sine* Glória Patri. *statim incipiatur missa in capitulo.*

*Officium* Réquiem etérnam.[392]

*Quandocunque enim dicitur commendatio semper dicitur sedendo* [*et nunquam*

*stando*][393] *supradicto modo usque ad antiphonam dicendam super*[394] *psalmos. Quando vero sigillatim*[395] *extra conventum dicitur commendatio : tunc enim immediate post ps.* Dómine probásti. *dicitur*

8183. ℣. Réquiem etérnam [dona eis Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat eis.]
7923. ℣. A porta ínferi.
[℟. Erue Dómine ánimas eórum.]
8000. ℣. Credo vidére bona Dómini.
[℟. In terra vivéntium.]
800121. ℣. Dóminus vobíscum.
[℟. Et cum spíritu tuo.
℣.] Orémus.

[*Oratio.*]

Tibi Dómine commendámus ánimas famulórum famularúmque tuárum, et ómnium fidélium defunctórum : ut defúncti século tibi vivant, et que per fragilitátem mundáne conversatiónis peccáta admisérunt : tu vénia misericordíssime pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum. [℟.] Amen.

800378. [℣.] Requiéscant in pace. [℟.] Amen.

*Nunquam enim dicitur alia commendatio in ecclesia Sarum sive corpus sit presens sive non quam ista predicta commendatio. Et semper dicatur sedendo usque ad antiphonam.*

*A die animarum usque ad tertiam feriam ante pascha dicitur* Placébo. *et* Dírige. *usque ad laudes tantum post vesperas diei : et de sancta Maria. Post matutinas vero de die et de sancta Maria dicuntur laudes mortuorum. Quandocunque enim dicitur servitium mortuorum in conventu nisi corpus presens fuerit : vel quando dicitur pro episcopis* [*vel pro decanis*][396] *: et nisi in die animarum : semper dicatur* Placébo. *sedendo usque ad antiphonam super*[397] *psalmum. Similiter* [*fiat*][398] *in laudibus. Ad* Dírige. *vero per totum tempus sedet chorus : nisi dum antiphona super psalmos ante lectiones dicatur quousque incipiatur lectio : ita tamen quod lectiones,* [*et*][399] *verisiculum et Responsorium stando dicantur vel legantur ab illis clericis scilicet qui dicturi sunt tantum. Chorus vero interim sedet. In repetitione autem noni Responsorii post ultimum versum stet chorus usque ad j. antiphonam super laudes incipiendam. Prostratus* [*vero*][400] *debet esse chorus*

*in omni feria, quando de feria agitur, extra tempus pasche : et in vigiliis mortuorum iij. lectionum. Ad* Placébo. *ex quo dicitur* Kyrie eléyson. *donec ultima oratio dicatur, et ad* Dírige. *similiter dum* Pater noster. *dicitur ante lectiones. Post psalmum* Benedíctus. *eodem modo quo post psalmum* Magníficat *ad* Placébo.

[*Et hoc est generale per totum annum quod quotienscunque sunt genuflectiones in choro ad vesperas vel ad matutinas de die tociens fiant in obsequiis mortuorum quamvis ix. lectiones fiant, nisi corpus presens fuerit, vel dies anniversarius ejusdem ecclesie episcoporum fuerit, tunc enim genuflectere chorum non licet, sed continue stare tenetur* Placebo. *donec finiatur et in singulis nocturnis ad* Dirige. *dum dicitur oratio dominicalis ante lectiones et in laudibus tantum ad psalmum* Miserere mei. *et a versiculo ante* Benedictus. *quousque illius obsequii officium expleatur et in reliqua psalmodia : et in omnibus aliis sedere licet.*

¶ *Sciendum est quod in vigilia mortuorum nunquam fiant prostrationes in paschali tempore : nec in aliquo festo ix. lectionum vel iij. cum regimine chori, nec in commemorationibus beate Marie, vel sancti loci : vel in octavis nec infra octavas sanctorum.*][401]

*Quandocunque corpus adest presens, et quando fit servitium* [*mortuorum*][402] *pro episcopis : omnes clerici stare tenentur ad* Placébo. *per totum tempus. Ad* Dírige. *vero : ut in alio tempore. Ad laudes* [*vero*][403] *similiter, per totum tempus : nisi ab inceptione psalmi* Te decet. *usque ad versum ante psalmum* Benedíctus.

¶ *In vigiliis quoque mortuorum iij. lectionum extra tempus pasche, omnes versus dicantur a sacerdote executore officii : loco nec habitu mutato.*[404] *In anniversariis et tricennalibus episcoporum ecclesie Sarum : totum servitium discurrat more duplicis festi scilicet sancti Johannis baptiste, habitus tamen hic non mutatur legendo nec*[405] *cantando.* [*8v.*]

[*Tabula etiam de lectionibus legendis et Responsoriis cantandis disponitur sicut in predicto festo, excepto quod*][406] *nullum etiam Responsorium a tribus cantatur : nisi nonum. Tertium quoque vj. et ix. Responsoria repetantur a*[407] *clericis qui versum Respon-sorii cantaverunt.*

*Lectiones vero non in pulpito : sed ad gradum chori super lectrinum legantur. Executor tamen officii in orationibus dicendis locum non mutet nec habitum. Omnes etiam*[408] *versus dicantur et respondeantur sub eodem tono quo in tribus noctibus ante pascha* [*sed Responsiones in audientia non respondeantur*].[409]

*In omnibus aliis anniversariis et tricennalibus prima antiphona super primum psalmum ad* Placébo. *in superiori gradu inchoetur. Cetere* [*autem*][410] *antiphone in secunda*

*forma discurrant per ordinem excepta antiphona super psalmum* Magníficat. *et j. antiphona super primum psalmum ad* Dírige. *et prima antiphona super laudes, et antiphona super psalmum* Benedíctus. *que in superiori gradu discurrant.*

*Sex prime lectiones in secunda forma legantur : loco nec habitu mutato suorum quoque versus Responsoriorum ab eisdem lectoribus cantentur.*

*Septima lectio cum suo versu Responsorii et sic deinceps : in superiori gradu supradicto modo discurrant : ita tamen quod ix. Responsorium a duobus de superiori gradu cantetur ad gradum chori habitu non mutato cum suis tribus versibus. Omnes vero versus ab aliquo*[411] *sacerdote in*[412] *superiori gradu dicantur sub eodem tono quo in tribus noctibus ante pascha : loco nec habitu mutato, vel ab executore officii. Et respondeat chorus supradicto modo.*

*Quando vero fit servitium* [*mortuorum*][413] *pro corpore presenti non pro uno canonico : omnes antiphone in superiori gradu secunda forma discurrant* [*supradicto modo*].[414] *Tres prime lectiones cum suis responsoriis in secunda forma, quarta et deinceps in superiori gradu.*[415] *Singula Responsoria a duobus cantentur : et versus eorundem ad caput corporis defuncti ad orientem conversis : habitu non mutato. Ultimum vero Responsorium a tribus cantatur* [*cum repetitione*][416] *: loco et habitu predictis* [*: ita tamen quod ab ipsis cantoribus inchoetur*].[417] *Singuli versus a duobus pueris ibidem dicuntur : habitu non mutato sub eodem tono quo in tribus noctibus ante pascha : sicut jam sepe ante dictum est* [*hoc modo*].[418]

1519:19v.

8183. 

℣. Réqui- em e-térnam do-na e- is Dómi-ne.

*Non respondeatur in audientia quando dicitur a duobus.*



℟. Et lux perpé-tu- a lú-ce- at e- is

[*Executor officii tamen in orationibus dicendis, locum non mutatum nec habitum : si fuerit corpus canonici cujuscunque. Eodem modo fiat servitium in anniversariis episcoporum ejusdem ecclesie.*][419]

◖ *Et sciendum est quod in obsequiis pro corpore presenti non incensatur corpus ad psalmum* Magníficat. *vel ad psalmum* Benedíctus. *nisi fuerit corpus regis, episcopi, ducis, comitis, vel baronis sed quando ad ecclesiam deportatur corpus : tunc ad portam introitus cimiterii aqua benedicta aspergatur : et postea incensetur.*[420] *Si vero corpus canonici cujuscunque fuerit : eodem modo fit servitium, quo in anniversariis episcoporum ejusdem loci vel ejusdem ecclesie.*

## Notes, pages 1-96.

[1] Seneca, *Medea*, 176.
[2] Seneca, *Thyestes*, 598.
[3] 1519:2r. In 1519. the rubrics for all of Advent are gathered in ff. 2r-3v.
[4] 1519:2r. indicates 'quarto die decembris'.
[5] SB:i.
[6] 'octava', SB:i.
[7] SB:i.
[8] SB:i.
[9] SB:i.
[10] SB:iii.
[11] SB:iii.
[12] SB:iii.
[13] SB:iii.
[14] Cf. *Crede Michi* (1495) Cap. 'De Contingentibus in Dominica Adventus Domini.' [SB:iii.]
[15] fiat. 1519:3r.
[16] SB:iii.
[17] 'Responsoria', SB:iii.
[18] *Directorium* A.D. 1495, 1501. [SB:iii.]
[19] 'Responsoria ferialia', SB:iii.
[20] *Directorium* 1495, 1501. [SB:iii.]
[21] 1519:4r.
[22] AS:1.
[23] 1519:4r.
[24] US-II:208.
[25] In 1519:4r. 'inténde' is set C.C.C, 'semper' is set C.C. In AS:1. 'Allelúya' is set C.CD.C.CB♭. In 1519:4r. 'Allelúya' is set C.CD.Cb.B. In US-II:lxxv. 'adjuvándum' is set C.C.D.C.
[26] 1519:4r.
[27] AS:1.
[28] 1519:4r.
[29] AS:1.
[30] 1519:4r.
[31] 1519:4r. In US-II:lxxv. this Psalm-tone begins with the intonation, and a mediation including upper inflection occurs at 'meas ad prélium'. If this were adopted B♭ would be appropriate.




[32] US-II:209.

[33] 1519:4r.
[34] US-II:209.
[35] 1519:4v.
[36] US-II:lxxv. indicates the incipit of 'Lauda' as ending GB♭. This may be an older and more authentic form.
[37] 1519:4v.
[38] 1519:4v. uses an F-clef to indicate B♭.
[39] AS:pl. a.
[40] US-II:209.
[41] '*thuribulum*' appears in 1519:4v. '*thuribulandum*' is also possible here, but not normal.
[42] quascunque. [US-II:209.]
[43] US-II:209.
[44] US-II:209.
[45] '*nisi*'. [US-II:209.]
[46] '*tace{a}tur*', US-II:209
[47] US-II:209.
[48] hoc modo subsequitur legendum. [US-II:209.]
[49] 1519:4v.
[50] AS:pl. a. and 1519:4v give this lectio a fifth lower, in the F-clef.
[51] 1519:4v. US-II:210. has [*sub isto tono*] and indicates an inflection on 'grátias' : C.B.C. In AS:pl. a. this music is set a fifth lower, in the F-clef ; 'grátias' is set F.E.F.
[52] 1519:4v.
[53] 1519:5r. indicates B♭ on the second syllable of 'suscitábo' and at 'regnábit'. This may imply B♭ continuously from 'suscitábo' through 'regnábit'. 1519:5r. does not indicate B♭ at 'justum'. 1519:5r. sets 'fáciet' C.CBCBCA &c. BL-52359:1r. has B-flat at 'suscitábo David'; the first syllable of 'judícium' is set G; 'Glória' is set GC.CB.BG; 'Spirítui Sancto' is set G.GA.AGAGF.GACBC GAG.G.
[54] '*qui habent invitatorium triplex*', US-II:2; Risby:1r. 1519:5r. has '*que habent Introitum duplex*'.
[55] 1519:5r.
[56] In 1519:5v. and in BL-52359:1r. the final phrase begins with D. AS:2. gives the 'Amen' indicated. AS:pl. b. has EFE.E. Other sources show the standard EF.EDE formula.
[57] 1519:5v.
[58] US-II:210.
[59] This versicle is given as found in 1519:5v. In AS:2. the melisma is BCBAGACBGA.
[60] 1519:5v.
[61] US-II:210.
[62] 1519:5v.
[63] 1519:5v.
[64] US-II:210.
[65] '*post hymnum in laudibus*'. 1519:5v.

[66] US-II:210.
[67] 1519:5v.
[68] '*respondeat chorus* ', 1519:5v.
[69] AS:3.
[70] In AS:3. the intonation is simply 'Ecce nomen'.
[71] US-II:210.
[72] 1519:5v.
[73] AS:3. shows the simple form: A C C etc.
[74] 1519:5v.
[75] 1519:5v. AS:3 has C Cb C.
[76] 1519:6r. AS:3. has Cb.C.
[77] 1519:6r.
[78] 1519:6r.
[79] AS:3.
[80] US-II:210.
[81] AS:3-5. contains rubrics for the termination of prayers, as does US-I:240-242.
[82] US-I:211.
[83] finias. 1519:6r.
[84] 'Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Sancte Spíritus Deus : [*vel sic* Qui cum Patre et Spíritus Sancto : ] US-I:241.
[85] tantum. 1519:6r.
[86] This prayer does not appear to be part of the Sarum Breviary. It is found in the ms. Cologne, Bibliothek des Metropolitankapitels, ms 137 (end of 9c), a Gregorian sacramentary with the Supplementum of Benedict of Aniane. It is printed in Dom Deshusses *Le sacramentaire grégorien. Ses principales formes d'aprés les plus anciens manuscrits.* (3 vols.) Spicilegium Friburgense, 1971-1982. 37, p. 718, where it appears as:

Oratio in introitu portae.

Domine Jesu Christe qui introitum portarum Hierusalem salvans sanctificasti, dum splendore gemmarum duodecim totidem apostolorum nomina praesignasti, et qui per organum propheticum promisisti : Lauda Hierusalem Dominum quia confortavit seras portarum tuarum et benedixit filios tuos in te, te quaesumus ut ponas omnes fines domus istius sanctae Mariae et sancti Petri pacem, ut velociter currens interius sermo tuus adipe frumenti satiet eos, Spiritus Sanctus dicentes : Magnus Dominus noster Jesus Christus, et magna virtus ejus et sapientiae ejus non est numerus. Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus, per omnia saecula saeculorum.

See also Joseph P. Crowley, 'Latin Prayers Added into the Margins of the Prayerbook British Library, Royal 2.A.XX. a the Beginnings of the Monastic Refrom in Worcester', *Sacris Erudiri* 45 (2006): 223-303.
[87] '*includimus*', 1519:6v.
[88] US-I:242.

[89] 1519:6r-6v. In 1531:1v. the benedictions precede the termination of the prayers. In 1519-1520 the termi-nation of the prayers precede the benedictions. This edition follows the latter arrangement, which is also the sequence in which the items occur in the office.
[90] In AS:4. 'Benedicámus Dómino.' ends DCBAB. The various settings of 'Benedicámus Dómino.' found in 1520:71r. will appear amongst the Versiculorum. There seems to be no indication that ℟. *Deo grátias* is sung here. It appears that this would be said *sub silentio*. This allows the soloist freedom to execute the ℣. without regards to a sung response.
[91] 'nec abhinc aliquo [alio] sabbato usque ad sabbatum in octavis pasche quod dicitur in albis'. US-II:210. and 1519:6v.
[92] US-II:211.
[93] In 1519:6v. 'nostrum' ends on C. In AS:4. 'nostrum' has no inflection.
[94] 1519:6v.
[95] see US-I:241.
[96] In AS:5. the final note is A.
[97] AS:5.
[98] AS:5.
[99] AS:5.
[100] In 1519:7r. and in BL-52359:1v. 'María' is set D.DA.A. In BL-52359:1v. the neumes for 'in mu-' appear to have been erased.
[101] 1519:7r. 'Similiter ad j. Vesperas Festi Loci et quando cantatur primum *O.*' *Crede Michi*. [SB:viii.]
[102] 1519:7r.
[103] 1519:7r.
[104] US-II:211.
[105] 1531:1v. is unusual in including the word 'semper'. It is omitted in 1516:1v. and in 1519:7r. 'Semper' occurs in only a minority of Sarum printed missals.
[106] 'genitrícem Dei', BL-52359:1v.
[107] 1519:7r.
[108] 1519:7r.
[109] US-II:211. c.f. 1519:7r.
[110] 1519:7r-7v. US-II:212. : 'qui dicturi sunt interim tam ad laudes.'
[111] 1519:7v. c.f. US-II:212.
[112] SB:viii.
[113] 1531:1v. indicates Isaiah Chapter 5.
[114] *Queras hymnum in* Sanctorali *in servitio* Annunciationis *B. Marie virginis.* [SB:ix.]
[115] US-II:212.
[116] 1519:7v.

[117] While this versicle does not appear in the sources, it would seem to be appropriate. At the corresponding place in (some) Sarum Books of Hours the ℣. Deus in adjutórium appears here.--this is the typical lay substitution verse for 'Dóminus vobíscum.'
[118] 1519:7v.
[119] 1519:7v.
[120] US-II:3.
[121] 1519:7v.
[122] 1519:8r. has 'in hac continéntur.'
[123] 1519:8r.
[124] 1519:8r. omits 'júgiter'.
[125] US-II:212.
[126] 'usque ad vigiliam pasche.' [US-II:212.] 'usque ad octa. pasche.' [1519:8r].
[127] 'Et per totam hebdomadam Pentecostes non dicitur Memoria de S. Spiritu ad Vesperas seu Matutinas de S. Maria.' *Crede Michi* (1495). [SB:x.] This Memorial will be said if the Choir is ruled ; otherwise it will be sung.
[128] 1519:7v.
[129] 'Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster', BL-52359:2r.
[130] 1519:8r.
[131] 1519:8r.
[132] BL-52359:2r. does not assign the prayers specifically to vespers and matins, but simply gives them as alternates.
[133] 1519:8r.
[134] SB:xi.
[135] 1519:8r.
[136] 1519:8r.
[137] SB:xi.
[138] US-II:213.
[139] *Post* Pater noster. *et* Ave María. (1525–6). [SB:xi.]
[140] US-II:213.
[141] AS:6. shows the whole versicle and response on C. 1519-P:144v. begins 'Et avérte' on D.
[142] US-II:213.
[143] 1519:4r has a slightly different melody from that of AS:1. (cf. 2*.). In 1519:4r. 'inténde' is set C.C.C.
[144] Excerpta (ut videtur) haec sunt ex tractatu S. Osmundi *De Officiis Ecclesiasticis* Sarum, cap. xxvii, (Rock's *Church of our Fathers,* iv. append, p. 20). Legit tamen '*Primus elericus.*' [SB:xii.]
[145] In BL-52359:2r. 'Ut' is set F.
[146] AS:7. contains only the first four notes of the ℣.
[147] US-II:213.
[148] US-II:213.

[149] AS:7. gives the simpler form:




[150] US-II:4.

[151] US-II:213.

[152] US-II:213.

[153] Neither AS:7. nor US-II:lxxvij. gives the complete musical setting.

[154] US-II:213.

[155] US-II:213.

[156] US-II:4.

[157] Maríam et omnes. SB:xiii.

[158] At this point 1531:2v. has the second form of *Misereátur* as printed below. This response is taken from SB:239.

[159] '*Postea primo ad altare conversus* Confiteor, *deinde ad sacerdotem conversus, ut prius sacerdos se habuit*' [*Et postea omnes conversi ad illum digniorem sacerdotem dicant* Confiteor *hoc modo :* Confiteor *ut ante.*] US-II:214.

[160] 1531:2r. has simply 'Misereátur vestri, &c.' here.

[161] 'vos Deus.' US-II:214.

[162] 'in omne opere vestra.' US-II:214.

[163] 'nostrórum', 1531:2v. Most Sarum sources, at least the printed Breviaries and Missals, have 'vestrórum'.

[164] 'et.' US-II:214.

[165] 'nobis', 1531:2v. Most Sarum sources, at least the printed Breviaries and Missals, have 'vobis'.

[166] 'Pater.' US-II:214.

[167] US-II:214.

[168] US-II:5.

[169] In AS:7. this music is set on C, not F. In 1519-P:150r. 'Orémus' appears as F.F.D.

[170] In AS:7. the recitation is on C. US-II:lxxvij shows F.D on 'Deus' ; 'seculórum' ends on A, not F.

[171] Sarum Breviary 1525-P:58r.

[172] Sarum Breviary 1525-P:58r.

[173] US-II:214.

[174] US-II:214.

[175] US-II:214.

[176] In AS:7. this music is set on C, not F. In 1519-P:152r. 'ádjuva nos' is set F.D.D E. US-II:5. has ℣. *Domine Deus virtutis converte nos.*
[177] US-II:215.
[178] US-II:215.
[179] [*dicitur ps.* Ad te levávi. *quia post matutinas de die in ecclesia Sarum dicantur matutine de sancta Maria et tunc ps.* Ad te levávi. *: et iste psalmus dicitur per totum annum.*] US-II:215.
[180] '*et* Sicut erat.' [SB:xvi].
[181] US-II:215.
[182] US-II:216.
[183] US-II:6. has 'virtútis'.
[184] US-II:216.
[185] 'Dómine', BL-52359:2v.
[186] '*Post completorium, canitur aliqua antiphona de sancta Maria ante altare ejusdem. Et dum canitur, executor officii stet ad lectrinum quod ante altare est, ubi scilicet cotidie de ea celebratur missa solempniter : et ibi dicat.*

'℣. Post partum. [193]

'*Oratio.* Omnípotens sempitérne Deus qui glorióse. Per eúndem Christum Dóminum nostrum.' [195]., John Hackney, ed. *Ordinale Sarisburiense* (BL Harley 1001):10.
[187] 1519:8r.
[188] Stanzas 5-7 of *Ave Maris Stella* (Feast of the Annunciation).
[189] SB:xvii. SB:xvii. has 'Et habitáre . . . facit . . .'.
[190] 1519:8r.
[191] 1519:8v.
[192] 1519:8r.
[193] 1519:8v.
[194] 1519:8v.
[195] 1519:8r.
[196] Seeing that the Sarum primers have here '℣. Ave María grátia plena Dóminus tecum. ℟. Benedícta tu in muliéribus et benedíctus fructus ventris tui.', and that this versicle also appears in the breviaries at the devotion to the blessed Virgin at the conclusion of the morning hours of the Virgin, '℣. Ave María' may well be considered as appropriate at this location, as appears in Mark Wayland Ardrey-Graves, ' "More divine than human": Early Tudor plainchant and polyphony of the Lenten Compline Office in the Use of Salisbury, 1485-1558', Ph. D. dissertation, James Madison University, 2015.
[197] Processional ad usum Sarum 1519:175r. 'a morte perpétua liberémur.', *Hore beate virginis Marie : secundum usum Sarum.* (Simon Vostre, n.d.) (STC-15926-2068_03) unpaged (pdf: 49).
[198] Walter Frere, *The use of Sarum* II (Ordinale Sarum): 6.
[199] 1519:8r.
[200] US-II:216.

[201] AS:8. shows no inflections. In 1519:8v. 'apéries' is set F.E.F; 'Et os' is set on D.F; 'tuam' is set E.F.
[202] US-II:216.
[203] US-II:216.
[204] 1519:4r. has a slightly different melody from that of AS:1 (cf. 2*.). In 1519:4r. 'inténde' is set C.C.C.
[205] 1519:8v.
[206] Excerpta ex Osmundi *De Officiis Sarum,* cap. xxiii. [SB:xvii.]
[207] '*Veniant rectores chori*', 1519:8v.
[208] In 1519:8v. the chorus enters at 'Occurámus'.
[209] 1519:6v.
[210] SB:xviii.
[211] In HS:2v. and BL-52359:3v. 'Patre' is set A.B.
[212] In 1531:3r. this rubric precedes the title 'In j. nocturno'.
[213] In BL-52359:4r. 'Juda' is set AB♭A.A.
[214] In BL-52359:4r. 'óculi' is set A.G.G; 'ejus' is set CB.AG.
[215] 1519:9r. The blessings appear in *Benedictiones matutinales.* 3-5. In 1519:9r. 'Benedicitóne perpétua' &c. through 'Amen.' appears a fifth lower in the F-clef.
[216] US-II:217.
[217] '*benedictionem*', 1519:9r.
[218] US-II:217.
[219] 'Jóathan', 1519:9r
[220] 1519:9v. c.f. US-II:217.
[221] 1519:9v.
[222] US-II:217. 'In red. It is followed by a long section in C headed in red *Hic agitur de accentu.* This is not printed here.' US-II:217, fn.
[223] Excerpta ex tractatu Osmundi *De Officiis*, cap. xxviii. [SB:xxi.]
[224] '*tres clerici de prima forma*', BL-52359:4r.
[225] In BL-52359:4r. 'Dei' is set EGFEDEFEF.ED; 'tegéntum' is similarly set FFE.EGFEDEFEF.ED; 'dícite' is set DC.DEC.CDEFEFD; 'Israel' is set G.AC.CCACBCDEDBCAGCAGCAAG.
[226] 1519:9v.
[227] Excerpta ex tractatu Osmundi *De Officiis*, cap. xxviii. [SB:xxi.]
[228] '*primus clericus ex parte chori*', BL-52359:4v.
[229] '*secundus ex altera parte chori*', BL-52359:4v.
[230] 'decani', 1519:10r; '*Tertius ex parte chori*', BL-52359:4v.
[231] US-II:9. (antiquum ordinale) indicates at this point 'Deinde tres insimul incipiant ℟. *Aspíciens,* et cantetur a choro.' That is, a repetition of 'Aspíciens' rather than ℣. 'Glória Patri'.
[232] 'inchoationem', 1519:10v.

233 1519:10v.

234 In AS:10. 'datum est ei regnum et' appears a third lower. In BL-52359:4v. 'honor' is set FFEFCDFFFDF.CD; 'pópulus' is set GB♭GAB♭.A.A.
In 1519:10v. the B♭ at 'est' suggests that the previous B at 'datum' is natural ; in BL-52359:4v. 'datum est' appears with no flat. 1531:3v. has 'Potestas ejus patestas'.

235 SB:xxiii.

236 In 1519: 'Dóminus' is set C.C.C. US-II:9. (antiquum ordinale) omits ℣. *Glória*. It is odd that the ℣. ends on B, followed by the ℟. resuming on F, a tritone below. In AS:10. the first ℟. resumes at 'Ecce concípies'. In NR:111. (after Codex Hartker:16) both ℟℟. resume at 'ecce concípies', eliminating the dissonant interval. In BL-52359:5r. 'desponsátam Joseph' is set A.C.CBCA.G GAAG.G; 'núncians' is set GA.G.G; 'apud' is set A.C; 'concípies' is set B.DEDE.DC.CB; 'Dóminus' is set C.C.C. BL-52359:5r. omits 'ejus', but the music is present.

237 In 1519-P:13r. B♭ is implied by the use of the F-clef for 'enim éxiet', but B♮ is implied by the use of the C-clef for 'enim salvum'. In BL-52359:5r. 'peccátis' is set F.G.E; the psalm-tone is IV.i.

238 In AS:pl. E. no neume appears for the third syllable of 'concípiet'. 1519-P:13v. and 14v. have no flats. AS:pl. E. and BL-52359:5r includes the flats. In BL-52359:5r. 'ejus' is set A.GAG.

239 1519-P:17r. has no B♭. In 1519-P:14v. and 17r. 'Oriétur' is set F.EFD.EC.F.

240 1519:11v.

241 Bishop of Turin (ca. 380-465.) Sermon 19: 2. ff.

242 1519:11v.

243 'sequéntibus', BL-52359:5v.

244 In BL-52359:5v. 'tibi' is set BDCC.BC; 'sanctum' is set D.DCCB.

245 SB:xxiv.

246 AS:11. shows no flat at 'muliéres'. At 'mater', AS has EF.F. 1519:12r. ends 'intácta' on FE. 1531:4r. has '. . . páries et hóminem : concípies et páries Deum páriter et Hóminem. Ut . . .'

247 In 1519:12r. 'humilitátus' is set GF.G.AC.CCBAG.CD. 1519:12v. does not indicate the point of return after 'Glória Patri.' explicitly, but does so implicitly through capitalization of 'Configurátum'. In BL-52359:6r. 'Salvatórem' is set G.A.GABC.C; 'humilitátis' is set GF.G.AC.CB♭A.G.CDc.

248 In 1519:12v. the incipit of the Psalm omits the intonation and begins on D. In BL-52359:6r. 'appropinquábit' is set CA.B.A.G.G.

249 1519-P:18v. has no flat. In BL-52359:6r. 'súrgere' is set C.BAG.A; 'fulgens in' is set ACb.B B.

250 In 1519-P:19r. 'Dóminus' is set E.D.C. 1519-P:19r. uses B♭ for 'omni oratióne'. But AS:pl. G. changes from B♭-clef to C-clef here. SB:xxvi. has '. . . ómnibus homínibus : Dóminus . . .' BL-52359:6r. has no flat; 'innotéscant' is set G.G.A.GF.

251 The ℟. *Véniet ut salvet.* is to be said sub silentio. In US-II:9, the ℟. is omitted.

252 1531:4v. has 'Matthéum xxj.' This may possibly indicate that the chapter number is also to be sung.

253 1519:21v.

254 1519:21v.

[255] 1519:12v. has 'de'.
[256] '*Omelia ejusdem lectionis de diversis tractatoribus.*', BL-52359:6v.
[257] 'in mérito', BL-52359:6v.
[258] In 1519:12v. 'fínibus' is set C.C.BBA. In BL-52359:6v. 'Audíte' is set Cb.G.A; 'annunciáte' is set Ed.G.AC.BC.DCCBA. BL-52359:6v. has no flat at 'advéniet'.
[259] In 1519:13r. 'David' is set C.BC. In BL-52359:6v. 'et páriet fílium' is set A C.C.BA CABC.G.FGA; 'in' is set GF. BL-52359:6v. has no flats.
[260] In BL-52359:7r. 'miserébitu' is set D.FDEFE.D.DEFEDE.ED.
[261] 1519:13v.
[262] 1519:13v. includes the music of the ferial Responsories here. In this edition they appear at their weekday location.
[263] 1519:14r.
[264] US-II:10.
[265] 1519:14r.
[266] 1519:14r.
[267] 1519:14r.
[268] In 1519:14r. 'Domine' is set C.C.C.
[269] In BL-52359:7r. 'Jerúsalem' is set A.G.FG.GFD.
[270] 1519:14v.
[271] AS 13. begins DBDF. In BL-52359:7r. 'sitiéntes' is set D.C.DED.C; 'Dóminum' is set EF.E.D; 'allelúya' appears a tone lower.
[272] US-II:219.
[273] AS:13. has :




[274] 1519:14v.
[275] 1519:14v. has 'Hij predicti psalmi dicuntur in laudibus omnibus dominicis per annum preterquam a lxx. usque ad pascha. Dicuntur et [etiam?] in omnibus festis sanctorum tam iij. lectionum quam ix. lectionum per annum et in feriis paschalis temporis.'
[276] 1519:14v. has 'autem'.
[277] AS:pl. d. and HS:3v. begin the second phrase GA.B.C. in each verse. In BL-52359:7r. 'Obscúra' is set G.A.B; 'éminus' is set G.G.EG. HS:4r. shows 'Amen' as GA.FEF. In 1531:5v. stanza 1. has 'éthere'. In the musical settings the second syllable is elided. In stanza 1. 1519:14v. shows the extra syllable thus.



[278] AS:14. does not indicate B♭ at 'Gábriel'.
[279] 1519:15r.
[280] '*si*', 1519:15r.
[281] 1519:15r. omits '*sequente*'.
[282] '*si aliquando*', 1519:15r.
[283] 1519:15r.
[284] 1519:15r.
[285] 1519:15r.
[286] While no indication of the '*Altera.*' repeat appears in the Breviary, this format is clearly indicated in the Sarum Hours.
[287] SB:xxxiv.
[288] 1519:15r.
[289] '*etiam*', 1519:15v.
[290] 1519:15v.
[291] '*a*', 1519:15v.
[292] '*feriatum*', 1519:15v.
[293] 1519:15v. 'Multi libri tenent contrarium, et false.' *Crede Michi* (1435). [SB:xxxiv.]
[294] 1519:15v.
[295] SB:xxxv.
[296] 1519:15v. 1531:6r. has '*non fit*'.
[297] '*Requirent hec tria Responsoria in historia hujus dominice.*' 1519:15v.
[298] SB-S:770.
[299] SB:xxxvi.
[300] Thus far I have found the full ℣. and ℟. only in SB-S:246. and 699. SB. has 'Et habitáre . . . facit . . .'.
[301] BL-52359:3r. omits '*et de sanctis ecclesie*'.
[302] 1519:15v.
[303] 1519:15v.
[304] US-II:220.
[305] The full text appears in 1519:15v. 1531:6r. has only the incipits of each verse. Stanza 1. is the third stanza of the Christmas hymn *Christe redémptor ómnium*.
[306] 1519:15v.
[307] 1519:15v.
[308] 1519:15v.
[309] 1519:15v.
[310] ed.
[311] 1519:15v.
[312] 1519:16r.
[313] 1519:16r.

[314] 1519:16r.
[315] 1519:16r.
[316] 1519:16v. omits '†In lábiis.'
[317] 1519:16r.
[318] '*ad*', 1519:16r.
[319] '*de sancta Maria*', 1519:16r.
[320] 1519:16r. 1519:16r. has 'facit'.
[321] 1519:16r. The antiphon, versicle and prayer do not appear in the Breviary, but are found in the Processionale and in the Books of Hours.
[322] HS:71v.
[323] While this melody is labelled as mode II (transposed to A), it may also be understood as mode I, ending on the co-final. In 1519-P:28. the second phrase begins G A B C.
[324] US-II:221.
[325] 1519:16r. has 'usque ad dominicam in ramis palmarum et in ipsa dominica.' as does US-II:221.
[326] 1519:16r.
[327] 1519:16r. has 'usque ad dominicam in ramis palmarum : et in ipsa dominica.'
[328] In this section US-II:221 ff. gathers many rubrics pertaining to Prime throughout the year. In this edition these rubrics find their place in the Psalter and throughout the Temporale.
[329] 1519:16r.
[330] 1519:16r.
[331] This may be a misprint for '*responsoria*.'
[332] “Responsorium ab uno solo puero dicatur isto modo”. US-II:226.
[333] In US-II:lxxix. 'liberándum' begins with a single note, E ; 'salvi' is set E.D. 1519:16v. follows US-II:lxxix. but is set a fifth higher, in the C-clef. In AS:15. 'Deus virtútem' is set D.C D.E.E. In BL-52359:8v. 'liberándum' is set E.D.E.F; 'Deus' is set D.C; 'salvi' is set E.D; Fílio' is set G.A.E.
[334] '*in dominicis lxx. vel l.*', 1519:16v.
[335] 1519:16v.
[336] 1519:16v.
[337] 1519:16v.
[338] 1519:16v.
[339] 1519:16v.
[340] '*a*', 1519:16v.
[341] 1519:16v.
[342] In BL-52359:9r. 'nobis' is set EF.G; Fílio' is set G.A.E.
[343] 1519:16v.
[344] In BL-52359:9r. 'te' is set F, 'Dóminus' is set D.E.E; Fílio' is set G.A.E.
[345] 1519:17r.
[346] 1519:17r.
[347] 1519:17r. omits 'regum'.

[348] 1519:17r. omits 'paréntum'.
[349] SB:xliii. has 'resuscitáte' (which agrees with 'ánimas famulórum tuórum').
[350] In 1519-P:141v. 'sécula' is set G.G.G.
[351] In 1519-P:144r. 'Dómino' is set GA.A.G.
[352] US-II:227.
[353] 1519:17r.
[354] 1519:17r.
[355] 1519:17r.
[356] 1519:17r. sets this responsory a fifth higher, in the C-clef. 'Venit' is set B.A ; 'Spirítui' is set C.C.B.A. In BL-52359:9r. 'miseréberis Syon' is set G.E.F.DC.D DE.E, venit is set E.D Fílio' is set G.A.E.
[357] 1519:17v.
[358] 1519:17v.
[359] SB:xliv. has 'que credidísti : quóniam perficiéntur'.
[360] 'Jesse' is missing in SB:xliv; it appears in 1531:7r.
[361] 1531:7v. appears to have ' *ān*.' here. 1516:7v. has '*ā*'. But Compare 1531:8r. and 1516:8v. '*A die animarum . . . dicitur* Placébo. *et* Dirige. *usque ad laudes* . . . '.
[362] US-II:228.
[363] Officio Mortuorum appears in Fasciculus A-15.
[364] 1519:17v.
[365] 1519:17v.
[366] 1519:18r. generally uses 'trigentalibus' for 'tricennalibus'. In any case, the term refers to a period of thirty days.
[367] 1519:18r.
[368] 1519:18r. lists only Assumption, Nativity of the blessed Virgin, and Dedication of the Church, feasts that pre-date Corpus Christi and the Name of Jesus.
[369] '*vero*', 1519:18r.
[370] It seems that 'triginta psalteria' which appears here in the Breviary is a corruption of 'triginatale' as found in the Customary.
[371] 1519:18r.
[372] 1519:18r.
[373] 1519:18r.
[374] Excerptum ex Osmundi tractatu *De Officiis Sarum,* cap. X. [SB:xlv.]
[375] 1519:18r.
[376] 'sancti', 1519:18r.
[377] 'vel servitium triginta dierum imperfectum fuerit.' 1519:18r.
[378] 1519:18r.
[379] 1519:18v.
[380] 1519:18v.

381 1519:18v.
382 '*habetur*', 1519:18v.
383 1519:18v.
384 1519:18v.
385 '*notis*', 1519:18v.
386 1531:8r. indicates '*iiij.*'
387 1519:18v.
388 1519:18v.
389 This rubric is a reminder to sing both all of Ps. cxviij.
390 1519:18v.
391 No flat appears in AS:586. or 1519:18v.
392 Missa pro defunctorem.
393 1519:18v.
394 'post', 1519:18v.
395 'singulatim', 1519:18v.
396 1519:19r.
397 'post', 1519:19r.
398 1519:19r.
399 1519:19r.
400 1519:19r.
401 1519:19r.
402 1519:19r.
403 1519:19r.
404 Excerptum ex Osmundi *De Officiis,* cap. cv. [SB:l.]
405 '*vel*', 1519:19r.
406 1519:19r.
407 '*ab illis*', 1519:19v.
408 '*vero*', 1519:19v.
409 1519:19v.
410 1519:19v.
411 '*a quodam*', 1519:19v.
412 '*de*', 1519:19v.
413 1519:19v.
414 1519:19v.
415 'preter quinque principales Prima et secunda lectio cum suis Responsoriis in prima forma, iij. et iiij. lectiones cum suis responsoriis in secunda forma et quinta : et sic deinceps in superiori gradu.' 1519:19v. cf. *Sarum Customary Online: 5: The Old Customary* [OCF] (2013):143.
416 1519:19v.
417 1519:19v.

418 1519:19v.

419 1519:19v.

420 Excerptum ex tractatu S. Osmundi *de Officiis Ecclesiasticis* Sarum, cap. CV. [SB:l.]